

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I – 206

*García, Pedro. Determinaciones
magistrales contra conclusiones
apologales. Romae. 15 octubre 1489.*

don Juan en primera donacion, en todos los quales se podia ve-
 rificar, la endiccion que despues hizo, sin tocar ni comprender
 el dominio directo del señor Rey don Alonso, y que la clausula de
 la donacion, en la qual se reseruo el mismo Rey don Juan, el domi-
 nio directo de los lugares en este dominio, que se verifico la vendi-
 cion, en quanto dize, que transhere a Rodrigo de Guzman el dominio
 directo que le pertenecia al mismo Rey, sin que por ellas pueda la
 otra parte entender, que tambien se transhio el dominio directo
 del señor Rey don Alonso.
 Segundo, de estas mismas palabras de la donacion, se collige otro
 fundamento para la interpretacion del acto de Corte, porque en este
 do, que da facultad para vender qualquier lugares del Condado,
 no obstante qualquier vinculo y condiciones con que posee
 el señor Rey don Juan el Condado y todos sus lugares, possyendo
 este quando se hizo el acto de Corte, con tantos pactos y condicio-
 nes, como el mismo dize en la donacion, se ve que lo que quiso el
 señor Rey don Alonso y la Corte General, no fue mas que remanir
 estos mismos pactos y condiciones en respecto del lugar de Esto-
 pan, para que no obstante ellos lo pudiese vender el señor Rey
 don Juan. Y assi pudiendose verificar el acto de Corte, en pactos y
 condiciones del dominio directo del señor Rey don Juan, y aun el-
 to el mismo acto de Corte, limitado a la posesion, del dicho
 señor Rey don Juan, como se ve en aquellas palabras, con las
 que el Rey don Juan, se declara poseedor del Condado, se
 declara contra la misma. *Contra la misma se declara el señor Rey don Juan, se declara poseedor del Condado, se declara*
 entendicte tambien del acto de Corte, y contra la disposicion he-
 cha tambien se contra el señor Rey don Alonso.
 Tercio, esto tambien se contra el señor Rey don Alonso, con la
 donacion que hizo el señor Rey don Alonso, en la qual se reserua qual-
 quiere perjuicio suyo y servicio, *Contra la donacion que hizo el señor Rey don Alonso, en la qual se reserua qual-
 quiere perjuicio suyo y servicio, en la qual se reserua qual-
 quiere perjuicio suyo y servicio, en la qual se reserua qual-*
 que sea, donde se ha de notar aquella palabra, *quiere perjuicio suyo y servicio, en la qual se reserua qual-*
 que sea, donde se ha de notar aquella palabra, *quier, quan cierto era*
 en qualquier disposicion que hiziere el señor Rey don Alonso, reser-
 varle siempre los derechos que le pertenecieren, en qualquier de los
 lugares que agerarse su hermano, y así sobrenvuelto despues el acto
 de Corte, y limitado segun abemo; ponderado, solo a perjuicio de
 los derechos del señor Rey don Juan en qualquier de dichos lugares,
 res, tanto obra como si expresamente huviera buuelto a reseruarle el
 señor Rey don Alonso los derechos que le pertenecian, con la limi-
 tacion

206
 I
 247
 269

1
 264


50 - 2

Urbis

S. N. 6.

**Petri Barie Episcopi Vellei. ad sanctissimi pa-
trem et dñm Innocentium papam. viij. in determinaciones
magistrales contra conclusiones apologetas Joannis
Pici Birandulani Concordie Comitum: proemium.**

scribit Apostolus Paulus beatissime pater ad Co-
rintios: Oportet hereses esse: et qui probati sunt ma-
nifesti fiant in vobis. Quod quidem duplici ratione
dictum esse arbitror. Primo ut fidei catholice veritas
elucescat: et ut ab his qui in divinis scripturis se exer-
cent: omnis animi pigris excutatur. Decet enim fi-
deles hereticis ut: non ut eorum approbentur errores
sed catholicam doctrinam adversus eorum insidias affe-
rentes vigilatores et cautiores efficiamur. Quapropter in libro Sapientie scri-
bitur: Filius eruditus et sapiens imprudente ministro utetur. quod exponens
glossa ait: Ecclesia catholica per totum orbem late diffusa omnibus errantibus
utitur ad profectum: utitur enim gentibus ad materiam operationis sue: hereti-
cis ad probationem doctrine sue: scismaticis ad documentum stabilitatis sue
sudeis ad comparationem pulchritudinis sue. Profunt ergo heretici: non ve-
rum docendo: quod aut nescit aut pravitatem dissimulat: sed catholicos exci-
tando ad verum querendum et aperiendum. Secundo oportet hereses esse ad ma-
nifestandam fidei catholice firmitatem in his qui recte credunt. Siquidem per
hereticorum persecutionem examinantur fideles et probantur adeo tanquam aurum
in fornace electi: ut in eodem sapientie libro scribitur. De duabus his rebus
meminit etiam divinus Augustinus super epistolam ad Corinthios. Omnes inquit in-
mici ecclesie vel errore obcecati vel malicia depernati sunt: quia si accipiant
potestatem corporaliter affligendi: exercent eius patientiam: si vero male sentien-
do adversantur: exercent eius sapientiam: adversario enim mota questio discendi
eritat occasio: nam multa ad fidem catholicam pertinentia: dum hereticorum calu-
lida inquietudine exagitantur: ut adversus eos defendi possint: et consideran-
tur diligentius et intelliguntur clarius et predicantur instantius. Itaque pater
beatissime cum apologeticus liber Joannis Pici Birandulani Concordie
Comitum iussu tuo legendus et examinandus exhibitus mihi sit: in quo Mago-
rum et Cabalistarum vanitates ac superstitiones suscitantur: et in quo nonnulla etiam ad
fidem orthodoxam pertinentia falso interpretata et defensa esse deprehenduntur
et in quo plurima ex philosophicis disciplinis ad sacre scripture primum sen-
sum exponuntur: Existimavi rem gratissimam tue celsitudini facere: et professioni
mee convenientissimam: si adversus eos errores fidem nostram clipeis davidice
turris pro modulo intelligentie nostre muniremus: aut potius munitam demo-
strarem. Quam rem eo libentius ac confidentius fecimus: quod sanctitas tua
cuius munus est evangelica falce ut optimus et prudentissimus messor zizaniam
a tritico abscindere: predictos errores damnavit et anathematizavit. Etenim
a. q.



ESTE LIBRO ES DEL COL-
legio de la Compañia de IESVS
de Çaragoça

Ap[osto]lus ad Titu[m] scripsit: oportere ep[iscopu]m amplectentem esse e[ss]e qui s[ecundu]m doctrinam est fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana: et eos qui p[ro]tra dicit arguere. Quas ob res beatissime pater p[ro]tra apologeticas c[on]clusiones prefati Job[ann]is P[ro]ci libri humili stilo et scholastico more parisiensium theolo g[og] scripsit: in quo sanctor[um] patru[m] plurimor[um] sententias et determinati[on]es magi strales (unde liber nomen accepit) collegi: preposita cuilibet determinationi conclusionem apologetica[m]: ut liquido a legentibus intelligat eas no[n] odio et inu[er] dia: s[ed] optima et p[ro]p[ri]e efficac[i] r[ati]o[n]e esse d[omi]natas. Quare accipiat sc[ri]pturas tuae has n[ost]ras elucubrati[on]es ad fidei catholice exaltati[on]em pariter et tui no[m]i[n]is laudem. Quas tam[en] et in his diu multisq[ue] vigilis laborauerim: tibi vni qui Petri se dem et ant[er]iorem habes: emendandas et corrigendas subijcimus offerimus et dedicamus.

Determinati[on]es magistrales reuerendi patris d[omi]ni Petri Barthe[olome]i Ep[iscop]i Asselle[n]si, contra p[ro]tra conclusiones apo logeticas Joannis P[ro]ci Birandulani Concordie Comit[is] he sunt.

- P**rima De descensu x[rist]i ad inferos s[ecundu]m animam.
- S**ecunda De pena peccato mortali debita s[ecundu]m quantitatem temporis.
- T**ercia De adorati[on]e crucis et imaginis x[rist]i et reliquiar[um] s[an]cto[rum] alior[um].
- Q**uarta De assumptibilitate nature irrationalis quo ad pot[en]tiam dei absolutam.
- Q**uinta De libertate actus credendi fidei x[rist]iane.
- S**exta De existentia accidentiu[m] in sacramento altaris.
- S**eptima De possibili existentia corp[or]is et sanguinis x[rist]i cui[us] subst[an]tia panis et vini in sacramento altaris.
- O**ctava De forma consecrati[on]is panis et vini quo ad suppositi[on]em personalem vel materialem.
- N**ona De intellectu et intelligere diuino quomodo et qualiter dicitur de deo.
- D**ecima De intelligere abdito anime humane corp[or]i coniuncte.
- U**ndecima De Magia et Cabala s[ecundu]m se et o[mn]es suas p[ar]tes quo ad p[ro]hibitionem et certificati[on]em de diuinitate x[rist]i.
- D**uodecima De miraculis x[rist]i quomodo sunt argumentu[m] certissimu[m] sue diuinitatis.

711 De morte or[ati]o[n]is

Prima Conclusio Apologetica Joannis P[ro]ci Birandulani: Concordie Comit[is].

Christus non ueraciter et quantum ad realem presenti[am] descendit ad inferos ut ponit Thomas et communis uia: sed solum quo ad effectum.

Determinatio magistralis.

Predicta c[on]clusio sine p[re]iudicio sanctor[um] sine falsa et heretica mihi uel detur: quod ut manifestius fiat p[ro]mittimus p[ri]mu[m] que assertio sit catho lica et que heretica: quot gradus eti[am] sint assertionu[m] catholicar[um] et hereticar[um]. Adiungemus deinde quot genera sint p[ro]positionu[m] damnabiliu[m]. Tertio p[ro] prius sensus et l[ite]ralis predictae conclusionis explicabit. Quarto multipliciter ostendetur predictam conclusionem in sensu explicato quem de rigore facit ser monis heretica. Finaliter probabimus q[uo]d c[on]clusio predicta in sensu eti[am] p[ro] quo sit est de errore et heresi suspecta.

Quare assertio sit catholica et que heretica s[ecundu]m antiquos nominales.

Aniquor[um] nominaliu[m] opinio est q[uo]d assertio catholica est illa et sola illa que formaliter et explicite p[ro]tinet in sacro canone: aut ex solis c[on]tentis in eo bona et necessaria p[ro]sequenti[am] deducit. Appellat aut[em] sacra canones scripturam ueteris et noui testam[en]ti in biblia p[ro]tenta. Unde p[ro]ter inferunt q[uo]d p[ro]ter assertiones explicite aut implicite in sacro ca none contentas nulle alie sine sint diffinitae a p[ro]ph[et]is uniuersalibus sine a Ro manis pontificibus aut doctoribus sacris vel ab omnibus catholicis recepte: ut sunt famose chronice et historie sunt dicende catholice: sic q[uo]d necesse sit ad salutem eas firmiter credere aut p[ro]pter eas rationem et humanu[m] intellectus captiuare. Et ex hoc inferit predicta opinio: q[uo]d assertio heretica est dogma fal sum ueritati catholice contrariu[m]. Huic opinioni innitit defensor predictae con clusionis: p[ro] qua due rati[on]es adducunt fundam[en]tales. Prima: quia extra illam scripturam nulla ueritas catholica inuenitur in qua omnis ueritas uti lis et necessaria ad salutem habetur: et omnis error humane saluti contrarius damnatur. talis autem est diuina scriptura ueteris et noui testam[en]ti ut scri bitur. ij. ad Timoth. ij. Omnis inquit Ap[osto]lus scriptura diuinit[us] inspirata uti lis est ad docendu[m] ad arguendu[m] ad corripiendu[m] ad erudiendu[m] in iusticia: ut perfectus sit homo dei ad omne opus bonu[m] instructu[s]. extra sacram ergo scri pturam nulla ueritas catholica de necessitate salutis credenda inuenit. Secunda ratio: non minus sufficit p[ro] fidelibus x[rist]ianis nouu[m] testam[en]tu[m] cu[m] ueteri q[uo]d sufficiebat ueteri testam[en]tu[m] fidelibus hebreis. sed tota fides ad quam astrin gebant hebrei fuit expressa in ueteri testam[en]to. ergo tota fides ad qua[m] astrin guntur x[rist]iani p[ro]tinet in nouo et ueteri testam[en]to. P[ro] hac opinione facit id quod scribit Proverb. ij. Omnis sermo dei ignitus clipeus est o[mn]ibus speran

tibus in se: nec addas quicquid verbis illius et arguaris inueniarisq; mendax.
Facit etiam quod scribitur Deutero. iij. Non addetis ad verbum quod ego loquor vobis aut auferetis ab eo. Et Apo. vlt. Si quis apposuerit ad hoc apponet deus super illam plagas scriptas in libro isto: et si quis diminuerit de verbis prophetie libri huius auferet deus partem eius de libro vite. Ex quibus omnibus sequitur quod verbis diuinis que in sacra scriptura habentur nihil penitus sit addendum quod tanquam catholicum sit tenendum. Quod autem dictis sanctorum doctorum non sit firma fides adhibenda nec quibuscumque chronicis vel historiis biblie non insertis videtur sentire Augustinus in epistola ad Hieronymum: Ego solis scripturarum libris qui canonici appellantur hanc honorem deferre didici ut nullum auctorem eorum in scribendo errasse aliquid firmissime credam: alios autem ita lego ut quatenus sanctitate quantauit doctrina prepolleat non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt vel scripserunt: sed quia mihi per alios auctores vel chronicas vel probabiles rationes quod a vero non abhorreat persuadere poterunt. Ad hoc idem facit quod Augustinus de unico baptismo li. ij. scribit Quis inquit nesciat sacra scriptura canonice tam veteris quam noui testamenti certis terminis suis contineri: eamque posterioribus omnibus episcoporum litteris ita preponi ut de illa omnino dubitari et disceptari non possit vtrum verum vel vtrum rectum sit quicquid in ea scriptum sit vel constitutum esse. Episcoporum autem litteras que post confirmatum canonem vel scripte sunt vel scribuntur et per sermonem forte sapientiores in ea re cuiuslibet peritioris et per aliorum episcoporum grauiorem auctorem doctoremque prudentiam licere reprehendi si quid in eis forte a veritate deuiatum est. Preter dictos auctores cum pluribus alijs predictam opinionem confirmantibus habent in decretis di. lx. Et quibus colligitur quod de sacra scriptura veteris et noui testamenti illicitum est dubitare vtrum verum sit vel rectum quicquid in ea scriptum esse constitutum. de ceteris vero scripturis extra sacrum canonem contentis non est illicitum dubitare et disceptare an a veritate exorbitent antequam scripture veteris et noui testamenti consona demonstrentur: et per se sole assertiones in sacro canone formaliter contente aut ex solis talibus necessaria consequentia deducte sunt catholice.

**Confutatio opinionis nominalium
cum solutione ad rationes ipsorum.**

b Prædicta autem opinio multiplex deficit. Primo quod in hoc quod assertiones illas dicit solam esse catholicas que formaliter continentur in sacro canone aut ex talibus necessaria consequentia deducuntur: quia firmiter tenendum est spiritum sanctum apostolis et ecclesie multas veritates catholice et ad salutem necessarias reuelasse. unde Jo. xvi. spiritus apostolis dixit: Adhuc habeo multa vobis dicere sed non potestis portare modo: cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Constat autem quod non omnes tales veritates formaliter continentur in sacro canone: nec per consequentiam bonam et necessariam ex solis contentis in eo deducuntur: ut patet ex determinatione Innocentij. iij. c. l. de celebratione. c. cum marte. qui de forma consecrationis eucharistie loquens dicit: Sane mul-

ta tam de verbis quam de factis dominicis inuenimus ab euangelistis omitti: que apostoli vel supplensse verbo vel facto expressisse leguntur. Paulus enim in actibus apostolorum sic ait: Remississe nos oportet verborum domini nostri ihesu christi que dixit: Beatus est dare quam accipere. hec tamen nullus. iij. euangelistarum descripsit. unde glo. Act. ij. et est Hieronymi: In euangelio inquit non reperitur hoc scriptum: sed Paulus hoc ab apostolis audiuit vel a spiritu sancto legitur. Hoc idem sentire videtur Augustinus. iij. de baptismo paruulorum sic dicens. Illa que non scripta seruat vltima ecclesia: accepit ab apostolis christo docente. Sic enim Apollonius de corporis et sanguinis dominici coniunctione. i. ad Corinthios. xi. dicit: Quod accepi a domino hoc tradidi vobis: cetera autem cum venero disponam. Et quibus patet quod multe sunt veritates catholice que formaliter in sacro canone non continentur nec ex solis contentis in eo necessaria consequentia deducuntur. Secundo deficit predicta opinio in hoc quod assertiones a romanis pontificibus aut concilijs vltimis definitas negat esse catholice: quia statutis romanorum pontificum aut vltimum conciliorum oportet quatenus libet fidelem humiliter obedire quatenus nihil contra dei voluntatem precipiunt. Vnde ad Hebr. vlt. scribitur: Obedite prepositis vestris et subiacete eis: ipsi enim per uigilant quasi rationem pro alabus vestris reddituri. Deutero. etiam. xvij. scribitur Qui autem superbia nolens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat domino deo tuo: et decreto iudicis morietur homo ille et auferetur malus de israel: cunctusque populus audiens timebit ut nullus deinceps intumescat superbia. vbi glo. ordinaria: Christus qui est sacerdos secundum ordinem melchisedech vicarios sibi instituit quibus ait: Qui vos audit me audit: et qui vos spernit me spernit. Iure ergo damnationis sustinet iram: qui contemnit diuinitatis potentiam. Per eandem rationem definitio vltima ecclesie et romanis pontificibus quatenus prestat eos nihil se fidem definire: oportet firmiter credere: et oppositum tenere est incidere in errorem damnatissimum Iohannis Bicleff in concilio Constantiensi damnatum. Hec ratio confirmat per. c. si romanorum pontificum. di. xix. et per. c. sic omnes sanctiones apostolice sedis accipiende sunt tanquam ipsius diuina voce petri firmate. et ita sanctiones apostolice eiusdem auctoris videntur esse cum scripturis petri. Quod autem concilia vltima sunt firmiter tenenda habentur di. xv. c. i. et. c. sicut. et. c. sancta romana ecclesia. Plura alia decreta pro ista ratione possent allegari: sed breuitatis gratia hec sufficiant. Tercio deficit predicta opinio in hoc quod historias biblie non insertas negat firmiter esse tenendas: quia vltima ecclesia tenet et docet apostolos symbolum perdidisse: beatum petrum romanum pontificem fuisse: sedem beati petri de Antiochia in Romanam fuisse translata: romanos pontifices beato petro successisse: et multa alia que in chronicis fideliter dignis de gestis sanctorum et ecclesie inueniuntur: que tamen in scripturis biblie formaliter et explicitis non continentur nec ex taliter contentis necessario sequuntur. Licet enim sacra scriptura de papatu et principatu petri expresse loquat: quod tamen beatus petrus romanam reperit ecclesiam in eadem scriptura minime continetur. Hoc idem de principatu ecclesie romane: et tamen firmiter tenere debemus quod romana ecclesia principatum habet super alias ecclesias. Vnde Nicolaus papa et habetur di. xxiij. Qui romane ecclesie privilegia ab ipso summo ecclesiarum capite tradita auferre conatur: a. iij.

hic proculdubio in heresim labit: et cum ille vocet iniustus hic dicens est hereticus. Que autem historia et qui libri scriptorum doctorum habeant in auctoritate et sint ab ecclesia recepti et quod non debentur in. c. sancta romana ecclesia. di. xv. patet igitur quod predicta opinio est falsa. Nec rationes fundamentales concludunt. Prima quidem non quod processio quod extra sacram scripturam nulla veritas catholica ad salutem necessaria reperiat: accipiendo sic extra quod in ea non continetur nec principaliter fundetur: ex hoc tamen non sequitur quod omnis veritas catholica sit formaliter preterita in sacra scriptura aut ex solis contentis deducta. Sufficit enim quod aliquo modo in sacra scriptura fundetur. Dicitur enim in prima ratione contra opinionem quod iuxta promissum christi Jo. xvi. spiritus sanctus multas revelavit et revelabit ecclesie veritates ad salutem necessarias que non sunt scripte in sacro canone nec ex solis contentis necessario deducuntur: sed sufficit quod in eo aliquo modo fundentur. Secunda vero ratio non concludit. Primo: quia non est similis ratio de partibus veteris testamenti et novi: quia patres veteris testamenti ut dicitur doctores fuerunt sub umbra: et ideo pauciores sufficiebant eis. christiani autem quibus lux per christum orta est ad contemplationem divinorum et mirabilium dei: ut scribitur Jo. i. non solum erant necessaria ad salutem que in lege nova continebantur sed multa alia que christus promisit per spiritum sanctum apostolis et ecclesie usque ad consummationem seculi revelanda. Secundo potest dici ad rationem quod probabile est quod patres veteris testamenti tenebant credere multas veritates in veteri testamento non expressas nec ex solis contentis in illo deducibiles: sed per revelationem vel per alios modos deo possibilem habitas. Ad auctores sacre scripture respondet contra doctores: quod nihil est addendum divinis scripturis quod sit eis dissimile et contrarium: vel quod non sit consonum alicui vero sensui scripture: vel etiam quod in se vel quo ad hoc quod ipsum sit credendum esse catholicum in scripturis divinis nullo modo sit fundatum. Ad auctores Augustini. que allegant di. ix. dicitur quod licet dicta scriptorum doctorum non ideo censenda sunt esse vera et credenda quia a viris sanctis sunt asserta: tamen multa dicta eorum tenenda sunt tanquam vera et catholica quia ratio principaliter esse vera: vel quia ad credendum ea esse vera movet et obligat auctoritas ecclesie.

Que assertio sit catholica et que heretica secundum communitatem et veram opinionem.

Altera vero opinio communitatis et verior est quod assertio catholica est illa cui quilibet adultus tenetur explicite vel implicite firmiter adherere per solam fidem et non per experientiam aut rationem demonstrativam quous de facto habeat aliqua motiva. Vel ut alij dicunt assertio catholica est veritas ex lumine divine revelationis immediate vel mediate habita explicite et in propria verborum forma: vel implicite bona et necessaria consequentia deducta. Dicitur notanter ex lumine divine revelationis habita: ad differentiam veritatum per rationis inquisitionem sub lumine naturali cognoscibilium: que non merentur dici catholice. Dicitur scripto: immediate vel mediate habita: quia aliqua deus immediate per spiritum nobis revelavit et revelat: sicut fecit evangelium. unde Jo. i. scribitur: Unigenitus dei filius qui est in sinu patris ipse enarrauit nobis. et Ysa. liij. Ecce ego ipse qui loquebar assum. et ad Hebr. i. Olim inquit Spiritus deus loquens patribus

in prophetis nonisime diebus istis locutus est in filio suo. Aliqua vero revelavit et revelat nobis deus per alios sicut per angelos sanctos et apostolos siue per alios viros sanctos. unde. ij. Petri. i. Non enim voluntate humana allata est prophetia: sed spiritus sancto inspirati locuti sunt dei voces. et ideo non tamen veritas catholica dicenda est a deo per seipsum immediate fidelibus tradita: sed etiam que per sanctos ab eo doctos et inspiratos est habita. Dicitur preteriter explicite in propria verborum forma vel implicite bona et necessaria preterita deducta. his enim duobus modis dicitur aliquid contineri in sacra scriptura: aut in propria verborum forma sicut ista verbum caro factum est. et aliquid implicite quod bona et necessaria preterita ex positivis explicite in littera sequitur: sicut ex illa: christus fuit homo: sequitur necessaria preterita quod habuit animam rationalem et omnes anime potentias. sequitur etiam quod habuit carnes et ossa et cetera que pertinent ad veritatem humane nature: quorum nullum in propria verborum forma continetur in sacra scriptura. Quod si queratur quare veritas a deo revelata dicitur catholica: Respondet Boetius primo de trinitate: quod ideo dicitur catholica quia non uni genti tamen sed omnibus observanda et credenda proponitur. unde Math. vlti. scribitur: Euntes docete omnes gentes veritates scilicet ad salutem necessarias. Ex his que dicta sunt de veritatibus catholicis preterit multiplex gradus veritatum catholicarum. Primus enim gradus et principalior veritatum catholicarum est earum que in canone sacre scripture veteris. aut novi. testamenti in propria verborum forma continentur. Quod autem tales veritates in sacra scriptura formaliter contente sint catholice manifestum est: cum de veritate sacre scripture nemo dubitare debeat unde Augustinus in libro de unico baptismo: Quis nesciat sacram scripturam canonicam tam veteris quam novi testamenti certis terminis contineri earumque posteris omnium episcoporum litteris ita proponi ut de illa omnino dubitari vel disceptari non possit utrum verum vel rectum sit quicquid in ea scriptum consiterit. et recitatur in decretis di. ix. c. quis nesciat. Secundus gradus veritatum catholicarum est earum que ex solis contentis in sacro canone bona et necessaria preterita inferuntur. unde cum tales veritates eandem veritatis firmitatem et credulitatis necessitatem habeant cum veritatibus ex quibus necessaria et formalia preterita inferuntur inter veritates catholicas rationabiliter numerantur. sicut est hec veritas: Christus est verus deus et verus homo: que licet in sacro canone veteris et novi testamenti sic formaliter non continetur: nihilominus quia ex contentis in sacra scriptura consequentia formalia et necessaria inferuntur: catholica censetur. Puto etiam quod hec veritas: Christus veraciter et secundum realem personam descendit ad inferos et non solum quod ad effectum sit de secundo gradu veritatum catholicarum: quia licet in propria verborum forma non contineatur in sacro canone ex contentis in eo et ex articulo de descensu christi ad inferos preterita formalia et necessaria deducuntur ut post patebit. Tertius gradus veritatum catholicarum est earum que citra canonem sacre scripture continentur: que tamen per relationem et approbationem tamen mediatis apostolis ad fideles deveniunt. Sane cum christus viveret in carne mortali et apostolos multa docuerit et fecerit que in sacro canone non habentur: secundum illud Jo. vlt. Multa alia fecit Iesus que non sunt scripta in libro hoc: multas alias veritates catholicas christus apostolos docendas precepit quod

In canone non habentur. unde Aug. in de baptismo paruulorum: Illa que non scripta seruat vltis ecclesia; accepit ab apostolis ipso docente: Sic enim Ap. de corpore et sanguine dicitur ad Corinthios. Et accepit a domino hec tradidi vobis; cetera autem cum venero disponam. Item Aug. ibidem Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis; quasdam vero apostolorum traditione per successores in ministerio confirmatos suscepimus; quasdam vero consuetudine roboratas approbat usus; quibus par ritus et idem vtriusque pietatis debet affectus. Quartus gradus assertionum catholicarum est earum que ab ecclesia vlti in plenariis conciliis tanquam ad fidem christiane religionis pertinentium diffinitae sunt; licet expresse in canone sacre scripture non inueniantur. Cuius ratio est; quia concilia plenaria vltis ecclesie in his que fidei sunt errare non possunt; ut patet per beati Gregorius. di. xv. c. sicut scripti euangelij quattuor libros; sic quattuor concilia suscipere et venerari me fateor. et in libro de catholica veritate: Sicut dens veritas est sic ea que applica ecclesia de deo docuit vera sunt. vnde Hieronymus. i. scribit: Ne dimittas legem misericordie tue gloriose. i. ecclesie. Quintus gradus assertionum catholicarum est earum que in materia fidei apostolice sedis iudicio diffinitae sunt; que licet in canone sacre scripture non reperiantur; inter catholicas tamen veritates computantur. Cuius ratio est; quia apostolice sedis iudicium in his que fidei sunt errare non potest. Pro quo facit promissio ipsius Luc. xxiij. Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. vnde Hieronymus. et habet. xxiiij. q. i. hec est fides catholica patrum beatissime. et sequitur: Quod si apostolus tui iudicio approbat quicumque me calumniant voluerit se impius et malivolus vel non esse catholicum sed hereticum comprobabit. Sextus gradus veritatum catholicarum est earum que de tenenda fide et refutatione hereticorum a doctoribus ab ecclesia vlti approbatis assertiue tradite sunt; licet in canone scripture sacre expresse non contineantur. Cuius ratio est; quia cum ecclesia vltis que regitur spiritu sancto doctores aliquos approbanit eorum doctrinas tanquam veram recipiens; necesse est ut talium doctrina assertiue posita et nunquam alio retractata vera sit et ab omnibus fidelibus firma credulitate tenenda in ea parte in qua ab vniuersali ecclesia est recepta; aliter vniuersalis ecclesia videretur errasse approbando et acceptando eorum doctrinam tanquam veram; que tamen vera non esset. Qui autem sunt doctores per vniuersalem ecclesiam in vniuersalibus conciliis approbati colligitur ex quinto concilio vniuersali; in quo ut scriptus Theodosius. recitat in. iij. contra gentiles. c. xxiij. ita scribitur: Sequimur per omnia scriptos patres et doctores ecclesie Athanasium. Basilium. Gregorium theologum. et Gregorium Nicenum. Ambrosium. Augustinum. Theophilum Joannem Constantinopolitanum. Cirillum. Leonem. Proclium. et Iulianum omnia que de recta fide et condemnatione hereticorum exposuerunt: hec sibi. Postmodum vero papa Gelasius in synodo sua alios doctores approbauit: ut patet. xv. di. c. sacra romana ecclesia. Notandum tamen secundum dominum Cardinalem de Turrecremata: quod synodus vltis quia non approbauit simpliciter omnia contenta in opusculis prefatorum doctorum; sed ea tamen que de recta fide et condemnatione hereticorum exposuerunt. per quosdam satis intelligi quod non est necesse quod omnia in eis contenta approbata intelligantur;

sed tamen ea que de recta fide et condemnatione hereticorum senserunt et exposuerunt que tanquam necessaria ad credendum fidelibus tradiderunt; nec per se ex approbatione prefata habentur; quod omnes veritates prefatorum scriptorum doctorum per ecclesiam approbatorum in opusculis contentae sint tanquam catholice veritates habende; sed veritates tamen prefati generis que scilicet de recta fide et condemnatione hereticorum exposuerunt. Multa alia quidem sunt in eis contenta alterius generis scilicet probabilitatis ut patet in. c. negare non possum. di. ix. Nec obuiat prefato generi catholicarum veritatum illud quod Augustinus dicit in. c. noli. et in. c. ego solus. di. ix. quoniam secundum glossam. Augustinus loquitur secundum illa tempora: cum adhuc scripta Augustini et aliorum sanctorum patrum non erant autentica nec approbata; hodie autem habentur teneri: ut patet. xv. di. c. vlti. Septimus gradus assertionum catholicarum est earum que ex quarto quinto sexto genere veritatum catholicarum consequentia necessaria et formali inferri possunt. Dicitur autem necessaria et formali consequentia: quia si aliquid solum probabili consequentia inferretur non diceretur proprie veritas catholica sed probabilis tamen. Octauus gradus addi potest: qui quibus non sit proprie loquendo assertio catholica; est nihilominus catholicam veritatem sapiens pro quanto catholicis veritatibus est propinqua. Unde veritas sapiens catholicam veritatem est illa; que adiuncta sibi aliqua alia veritate ad fidei imperpertinente que tamen rationabiliter negari non potest sequitur veritas catholica. Exempli gratia: Nunc in apostolice dignitate sedet dominus Jobes baptista Cibo; ista ergo propositio: dominus Jobes baptista Cibo est papa; est assertio sapiens catholicam veritatem; quia adiuncta sibi illa veritate que negari non potest quod fuerit a toto dominorum cardinalium collegio vel duabus partibus rite scilicet et canonice electus efficiat veritas catholica dicendo: dominus Jobes baptista Cibo rite et canonice electus et in papa ab vlti ecclesia susceptus est verus papa. Quod autem hec assertio et omnes in consimili materia sint catholice patet ex determinatione concilij Constantienis: vbi in epistola decretali Martini sic dicitur: Papa canonice electus qui pro tempore fuerit eius nomine proprio expresse est successor beati Petri habens autem supremam in ecclesia dei. Ex quibus patet quod assertio heretica est dogma falsum veritati catholice contrarium: que tot habet sub se species et gradus quot catholica veritas vel assertio cui opponitur; quia secundum philosophos quot modis dicitur vniuersi oppositorum tot modis dicitur et reliqua. unde cum veritas vel assertio catholica septem habeat gradus totidem assertio heretica habebit. et cum assertionibus catholicis addat assertio catholicam veritatem sapiens ut est probatum per eandem rationem: assertionibus hereticis addenda est assertio heresim sapiens ut statim patebit. Nec oportet addere in descriptione assertionis hereticæ quod sit per ecclesiam condemnata; quia ut quibusdam doctoribus placet sicut tota ecclesia non potest facere de assertionem non veram nec de non falsa falsam; ita de non heresi non potest facere heresim nec de veritate non catholica catholicam; sed sicut veritates catholice absque vlla approbatione ecclesie ex natura rei sunt immutabiliter vere ita sunt immutabiliter catholice; et sicut hereses absque vlla damnatione ecclesie sunt false ita circum-

Scripta omni damnatione ecclesie sunt hereses. Quid ergo facit ecclesia aut papa approbando aliquam veritatem vel errorem reprobando? Respondetur quod papa approbando aliquam veritatem catholicam non facit eam de nouo esse catholicam; nec damnando errorem facit eum de nouo heresim; sed determinat de nouo veritatem illam dudum ante fuisse catholicam; et errorem dudum ante fuisse heresim. et inde est quod greci et Joachim ante determinationem ecclesie fuerunt de facto heretici si fuerunt pertinaces; quia assertiones quas firmiter tenuerunt de facto et ex natura rei sunt hereticæ; sed quia non constabat ecclesie errores illos esse hereses ideo non fuerunt ab ecclesia heretici reputati. Propter quod aliqui rationabiliter distinguunt inter heresim damnatam et non damnatam; heresim occultam et manifestam; de quarum numero puto esse istas: Christus non veraciter et secundum realem personam descendit ad inferos sed solum quo ad effectum. Peccato mortali finiti temporis non debetur pena infinita secundum tempus sed finita tantum; ut post probabitur.

Quod multiplex est genus propositionum damnabilium.

Propositionum damnabilium genera secundum doctores multa esse dicuntur. Est imprimis propositio heretica; est propositio heresim sapiens; de quibus sufficienter habitum est. Est preterea propositio temeraria; est propositio erronea; est propositio iniuriosa; est propositio male sonans aut scandalosa siue plura aurium offensiva; et est propositio seditiosa; de quibus per ordinem est dicendum. Propositio temeraria est propositio asserens aliquid tanquam certum quod non potest efficaci ratione probari vel auertere, sicut propositio asserens quod mundus finietur intra centum annos. Hec autem propositio licet possit esse vera; hoc tamen asserens tanquam certum dicitur temerarius et propositio temeraria; quia ad hoc nec auctoritas nec ratio efficax habetur. Propositio erronea dicitur propositio asserens aliquid quod est falsum. unde Augustinus libro de Academicis dicit quod error est falsum per verum approbare. Propositio iniuriosa est que detrahit statum alicui fidelium aut alicui notabili persone; ut si quis assereret quod status mendicantium vel dominorum cardinalium est damnabilis et scandalosus. Propositio scandalosa aut plura aurium offensiva est propositio occasionem ruine prebens auditoribus; ut est ista. Crucis christi non est adoranda adoratione latrice. christus est creatura. pater est maior filio. Et breuiter omnis illa propositio est scandalosa que cum modificatione adiecta est vera; per se tamen et absolute sine modificatione prolata videtur fauere propositionibus hereticalibus hereticorum ut sunt propositiones predictæ; quoniam secundum doctores magis sunt exponende quam extendende. Propositio seditiosa dicitur assertio que diuisionem et scisma inducit in populo; ut est propositio asserens quod malo prelato aut principi non est obediendum; aut quod indoctus non potest preesse in regimine ecclesie. Est autem hic aduertendum quod ista propositionum genera non sic distinguuntur quin simul quandoque concurrant aut concurrere possint in eadem propositione. Hec enim propositio; deus non potest assumere quamlibet naturam sed rationalem tantum; est temeraria est erronea est scandalosa et est heresim sapiens ut manifestum est ex prehabitis et post patebit.

De sensu predictæ conclusionis secundum rigorem sermonis.

Omnes catholici tractatores qui de fide christiana recte sentiunt firmiter tenent et credunt quod christus secundum animam descendit ad inferos; secundum vero corpus lacuit in sepulchro. Secundo quod anima christi veraciter. id est vero motu locali quod competit substantiis separatis descendit ad inferos. Tercio quod anima christi secundum realem personam sue substantie fuit in loco inferni in quo iustorum anime detinebantur. Quarto quod christus secundum animam non descendit ad inferos solum quo ad effectum. Sensus igitur proprius et literalis predictæ conclusionis rationabiliter est explicandus a theologo per tres propositiones quibus predicta conclusio equaliter in veritate et falsitate. Quarum prima est affirmatiua; scilicet christus secundum animam descendit ad inferos. quam oportet quemlibet fidelem firmiter credere; cum sit articulus fidei. Secunda propositio est negatiua; christus non veraciter. id est vero motu locali descendit ad inferos. et hec est falsa et erronea. Tercia propositio; christus secundum realem personam sue substantie non fuit in illa parte inferni in qua iusti detinebantur. que similiter est negatiua falsa et erronea. Quarta vero propositio est exclusiua affirmatiua et aduersatiua opinionum Thomæ et communis vice; scilicet christus descendit ad inferos solum quo ad effectum; que similiter est falsa; ut statim patebit. Quod autem predicta conclusio sit intelligenda in preexplicato sensu multipliciter probatur. Primo quidem sic; quia sensus cuiuslibet propositionis secundum quem propositio est iudicanda vera vel falsa; possibilis vel impossibilis; necessaria vel contingens; catholica vel heretica; attenditur penes primarium et adequatum eius significatum; quod ex grammaticali et literali suorum terminorum significatione surgit; ut patet per omnes logicos. Vnde omnis alius sensus siue sit mysticus siue literalis; impertinens censetur quo ad veritatem vel falsitatem propositionis. Et hinc est quod beatus Augustinus in epistola ad Vincentium donatistam loquens de multiplicitate sensuum sacre scripture dicit; quod ex solo literalis sensu debet sumi efficax argumentum ad vincendum aduersarium. sed manifestum est cuiuslibet intelligenti significata terminorum predictæ conclusionis; quod per ipsam negat ab anima christi verum motum localem descendendi ad inferos. negat etiam realem personam ad partem inferni in qua iusti detinebantur. Conceditur preterea quod christi anima solum quo ad effectum descendit ad inferos. cuius oppositum Thomæ et communis via quibus defensor predictæ conclusionis intendit predicere tenent et scribunt; ut dictum est. ergo habetur propositum. Confirmatur ista ratio per simile quod in proposito nostro non potest rationabiliter calulari. Nam proposita tali propositione inter disputandum; attributa diuina non formaliter et ex natura rei distinguuntur; ut ponit Scotus et sui sequaces; sed sola ratione. manifestum est quod sensus proprius predictæ conclusionis est negare omnem distinctiorem formalem et ex natura rei in attributa diuina; quam Scotus et sui sequaces ponunt. et solam distinctionem rationis affirmare; que omnem aliam excludit. Et simili ergo ponere quod christus non veraciter et secundum realem presentiam descendit ad inferos; ut ponit Thomæ et communis via; sed solum quo ad effectum; est negare a christo verum motum localem descendendi ad inferos; et realem presentiam ad locum in quo iustorum anime detinebantur; cuius oppositum Thomæ et communis via tenent.

Si dicat q̄ per predictam cōclusionem non negat simpliciter xpm̄ veraciter
et fm̄ realem presentiam descendisse ad inferos, nec talis sensus de rigore sermo-
nis pōt haberi; sed negat cū determinatiōe modi quem Thomas et cōis via
ponunt. Thomas enim videtur sentire in. iij. parte, q. lxx. ar. ij. q̄ rō descendendi
aīe xpi ad inferos et existendi in loco fuit essentia et non operatio. Cōis vō
cōis Scotistarū et nominalium tenet q̄ limitatio essentie: quod predicta cōclusio
negat. Hec inq̄ euasio nulla est. Primo quidem q̄tum ad id quod Thome
imponit: quia Thomas in preallegata questiōe non disputat de rōne essendi
in loco: vt statim patebit, sed supposito ex prima pte q̄ angelus est in loco per
operationem, supposito etiā q̄ anime separate cōueniat moueri et esse in loco
sicut angelo: queritur si aīa xpi veraciter descendit ad inferos: et fuerit ibi fm̄
realem pntiam sue substantie: an solū fm̄ effectū meriti sue passionis, et indubi-
tante tenet q̄ anima xpi veraciter descendit et fuit ibi fm̄ realem pntiam sue
substantie: et non solū quo ad effectū, vnde in solutiōe ad secundū argumentū
ar. i. q. allegat sic dicit: Passio xpi fuit quasi quedam causa vltis humane sa-
lutis tam viuorū q̄ mortuorū, causa aut̄ vniuersalis applicatur ad singulares
effectus per aliquid speciale, vnde sicut virtus passiois xpi applicatur viuē-
tibus per sacramenta cōfigurantia nos passioni xpi: ita etiā applicata est mor-
tuis per descensum xpi ad inferos, propter quod signāter dicit Zacharie, jr.
q̄ eduxit vinctos de lacu in sanguine testamēti sui: id est per virtutē passiois.
Hec Thomas, Quare si per predictā cōclusionem dicitur Thome necesse est
q̄ in preexplicato sensu cōclusio intelligatur. Preterea pstat Thomā opinari
angelū et aīam a corpore separatā nō esse in loco per essentia: s̄ per effectū et
operatiōem transitem, et hoc negare aut dubitare in doctrina Thome est ri-
diculū. Si ergo defensor predictę cōclusionis intendit Thome p̄tradicere:
oportet q̄ dīcat quo ad veracitatem descensus et realem pntiam: et nō quo
ad rōez essendi in loco. Preterea q̄ inducitur de Thoma est ad oppositū: nā
articulo secūdo, q. allegat: in quo querit an xps descendit ad locū damna-
torū: r̄ndet, q̄ dupliciter dicit aliqd̄ alicubi esse. Vno mō p̄ suū effectū: et hoc
mō xps in quēlibet inferorū descendit: aliter tñ et aliter. Nā in infernū dāna-
torū habuit hūc effectū q̄ descendendo ad inferos eos de sua incredulitate et
malicia p̄fuit, illis vō qui detinebant in purgatorio spem glorie p̄sequēde
dedit. sc̄tis aut̄ p̄ribus qui pro solo peccato originali detinebant in inferno lu-
men eterne glorie infudit. Alio mō aliqd̄ dicit esse alicubi per suā essentiam: et
hoc mō aīa xpi descendit solū ad locū inferni in quo iusti detinebant: vt quos
ipse per gratiam interius visitabat fm̄ diuinitatem: eos fm̄ animam visitaret
et loco. Sic autem in vna parte inferni existens: effectum suum aliquantū
omnes inferni partes diriuauit: sicut in vno loco terre passus: totum mun-
dum sua passione liberauit. Item in solutione ad primum dicit: q̄ xps qui est
dei sapientia penetravit omnes inferiores partes terre: non localiter fm̄ ani-
mam omnes circūcūdo: sed effectum sue potentie aliquantū ad omnes
extendendo: ita tamen q̄ solos iustos illuminauit. Hec beatus Thomas.

Ex quibus patet primo q̄ xps descendit per suū effectū in quamlibet partem
inferni. Secūdo q̄ ad infernū damnatorū descendit xps per solū effectū. Ter-
cio q̄ anima xpi per suam essentia descendit solū ad locū inferni in quo iusti
detinebantur. Quarto q̄ per hoc q̄ Thomas dicit q̄ anima xpi per suā essen-
tiam descendit ad locū in quo iusti detinebantur: nō intendit dicere q̄ rō descē-
dendi et essendi anime xpi in tali loco sit essentia: vt defensor predictę cōclu-
sionis sibi imponit: quia per eandem rōnem effectus esset anime xpi rō descē-
dendi ad inferos: cum ibidem dicat q̄ anima xpi per suū effectū in quēlibet
inferorū descendit. Intentio igit̄ b̄i Thome in p̄nti loco est distinguere mo-
dos et non rōnes essendi in loco. Operatio nāq̄ fm̄ Thomā est ratio cuiuslibet
angelo et anime separate essendi in loco, que quidem operatio si loco et subie-
cto distat ab angelo et anima separata: vt p̄tingit quando operantur in aliq̄
distans: tūc angelus et aīa dicunt esse ibi fm̄ effectū et nō fm̄ essentiam. si vō
operatio nō distat loco ab angeli substantia quous distet subiecto: non enim re-
pugnat angelo vel anime separate esse localiter simul cū operato et moto: tūc
angelus vel anima dicunt esse ibi per essentia vel substantia. et hoc est q̄ sub
alijs verbis cōiter dicitur: q̄ aliquod agens est alicubi per suā virtutem et po-
tentia: alicubi vō per suā essentia et pntiam. Ex quo patet q̄ defensor predictę
cōclusionis qui gloriā se agnoscere familias dōm p̄borū et theolōgorū nō ha-
bit in hac materia mentem doctrine beati Thome. Preterea si descendere
ad inferos per solū effectū nō excludit veraciter et fm̄ realem presentia ad in-
feros descendere: cum xps fm̄ animam descenderit ad infernū damnatorū: vt
ante plures sacre scripture testantur: et non aliter descenderit q̄ per solum
effectum: vt conclusio affirmat, sequitur q̄ xps fm̄ aīam veraciter et fm̄ rea-
lem pntiam descenderit ad infernū damnatorū: quod ab omnibus theologis
reputatur hereticū. Secūdo predicta euasio non saluat cōclusionem predi-
ctam: quia si per predictā cōclusionem nō intendit negare ab aīa xpi verū mo-
tum localem ad inferos et realem pntiam in inferno: sed solū rōnem et modū
essendi in loco quem ponit via cōis: tūc talis conclusio nō esset fm̄ propria
et singularē opiniōem a cōi modo dicēdi theologorū satis diuersa: vt in rubro
se facere gloriā: sed cōis et vulgata a mille doctoribus disputata. Appellare
preterea opiniōem Scoti et nominalium viam cōem est ridiculū. Opiniō natiq̄
cōis est: que cōiter a doctorib⁹ tenet. talis aut̄ vt in pluribus est b̄i Thomē
opinio, vñ ab Egidio Henrico Bodefredo Scoto et Aureolo ceterisq̄ docto-
ribus scholasticis antiquis et modernis doctor cōis Thomas appellat. Se-
cūdo hoc idem ex intentiōe Durandi p̄bat: qui primus auctor et defensor est
predictę cōclusionis. Nā in. iij. sen. di. xxj. vbi querit si xps descendit ad inferos:
r̄ndet sic: Cū articul⁹ fidei sit xpm̄ ad inferos descendisse: et nō possit intelligi
rōe diuinitatis fm̄ quā est vbiq̄: nec rōe corp̄is fm̄ q̄ fuit in sepulchro: restat
q̄ intelligat rōne aīe. Quo supposito videndū est qualis aīa xpi descendit ad
infernū. Et est sciendū q̄ cū aīa sepata nō sit corp⁹ nec virtus in corpore nō pōt
dici q̄ aīa xpi descendit ad inferos eo genere motus vel descensus q̄ corp̄a

mouentur. et rursus quod anima moueatur eo genere motus quo angeli mouen-
tur nec clare patet. Angeli enim dicuntur moueri de loco ad locum in quantum suc-
cessiue operantur in diuersis locis. anima autem separata non dicitur habere aliquam
operatiōem circa locum vel circa corpus existens in loco: quia cum ex natura
sua sit determinata ad certum corpus: non potest mouere nec agere in aliud nisi
mediante corpore proprio. sed illo caret cum est separata. ergo non potest dici
moueri de loco ad locum ratione operationis quam habeat circa locum vel
circa corpus existens in loco. Nihilominus tamen hoc non obstante potest
dici quod anima separata potest descendere ad infernum dupliciter. Uno modo
secundum deputatiōem: et sic dicuntur descendere ad infernum anime damnatorum sim-
pliciter: quia simpliciter deputate sunt ut resumpto corpore sint in inferno: per
quod dicuntur ibi esse ubi sunt simpliciter deputate. Anime autem sanctorum patrum dicun-
tur in limbo esse vel ad limbum descendisse per deputatiōem non simplicem sed
conditionatam: quia resumpto corpore deputate ibi erant fore nisi liberarentur
a redemptore. hoc autem modo non dicitur anima christi descendisse ad infernum propter de-
putatiōem: quia omnis talis deputatio est propter culpam contractam vel commissam
que in christo non fuit. Alio modo potest dici anima separata descendere ad infernum secundum
effectum: et hoc modo potest dici anima christi descendisse ad infernum per duplicem effectum
quem habuit in illis qui erant in inferno. Unus effectus fuit exhibitio uisionis
diuine: qua carebant: ad quam se habuit passio christi per modum meriti. Et quia
totum meritum dependet principaliter ab actu anime: ideo hic effectus attribuitur
sibi sicut principali principio merendi. Item per appropriatiōem: ut sicut christus
secundum animam fuit beatus: sic secundum eam attribuitur fuisse causam beatitudinis in alijs: con-
gruum enim est ut ens in potentia reducat ad actum per id quod in actu est.
Alius effectus fuit secundum quosdam ad quem se habuit anima christi directe per mo-
dum agentis: scilicet illuminare alias patrum que erant in limbo de mysterijs que ca-
dunt sub reuelatione. secundum enim Dionysium septimo celestis hierarchie: christus secundum
animam habet docere angelos: et fortiori ratione alias. Et ratione huius duplicis ef-
fectus potest dici quod anima christi descendit ad inferos: quod triplici ratione probatur.
Prima est: quia moueri vel descendere competit anime sepeate non per modum
motus corporis: sed per modum quo moueri competit substantie spiritali. huius reliquis
substantijs spiritalibus: puta deo et angelo non competit moueri de loco ad locum per
modum quod sit subiectiue in ipsis: sed per effectum quem habet in alijs rebus. ergo simili modo
competit anime sepeate et competit anime christi. Secunda ratio: christus dicitur descendisse
ad infernum ut animas sanctorum patrum illuminaret ad uidentium deum. sed in eo-
dem instanti quo christus mortuus est sancti patres uiderunt deum: in eodem autem
instanti non potuit anima christi esse in inferno per mortum. ergo non descendit illuc
per mortum qui esset in ipsa: sed per effectum quem habuit in alijs. Tercia ratio
sicut in illo triduo dicitur anima christi esse in inferno cum aiabus sanctorum patrum: sic in
illo triduo vel parte tridui dicitur fuisse in paradiso cum aiabus latronis cui dicitur est:
Hodie mecum eris in paradiso. sed illud non potest intelligi quo ad locum acquisitum per
mortum: cum secundum ponentes spiritus in loco diffinitive et moueri de loco ad locum

idem spiritus non possit esse simul in pluribus locis nec moueri simul pluribus mo-
tibus ad plura loca tendentibus: quare oportet quod intelligatur secundum effectum. **Hec**
Durandus: qui luce clarius tenet contra Thomam et eodem uia: quod christus secundum animam
non descendit ad inferos ueraciter: id est uero motu locali ex parte subiectiue in
anima christi: ut patet ex prima et secunda rationibus. nec fuit in inferno secundum realem
presentiam sue substantie: ut patet ex tertia ratione. sed descendit ad inferos et fuit ibi
solummodo ad effectum quem habuit in animas sanctorum patrum uirtute meriti sue
passionis: imo sequitur ex dictis Durandi quod anima christi in illo triduo nusquam exiit
nec mota localiter descendit ad infernum secundum effectum. et per istum cum defensor
predicte conclusionis conueniat cum Durando in conclusioe: necesse est si con-
stare uult: quod conueniat et in sensu. Precedens autem deductio confirmatur tali
ratione. Omnis conclusio problematica rationabiliter est intelligenda et re-
cipienda in sensu de quo scholastici doctores dubitant et sibi inuicem contra-
dicunt. In significationibus enim terminorum et propositionum oportet sequi usum
communem: aliter tolleretur omnis uia scholastice disputationis et additionis.
Nam quod unus acciperet in una significatione et uero sensu: alter referret ad
aliam significationem et sensum: quod est inconueniens. sed manifestum est quod
scholastici tractatores dubitant et sibi inuicem contradicunt: si anima christi in
illo triduo uero motu locali et secundum realem presentiam descendit ad inferos: uel
solummodo ad effectum. ad quod uidetur impertinens si essentia uel limitatio
essentie uel operatio sit ratio talis descensus uel existentie in loco: quia quo-
cumque dato adhuc contingit dubitare: si talis descensus debeat intelligi quo
ad uerum motum localem aut quo ad effectum. Cum igitur Thomas et omnes
sere theologi teneant et scribant quod christus ueraciter: id est uero motu locali et secundum
realem presentiam descendit ad inferos: Durandus uero quem defensor predicte
conclusionis sectatur teneat contrarium ut ostensum est: sequitur quod sensus predicte conclu-
sionis est negare simpliciter ab anima christi uerum motum localem et realem presentiam descendendi
ad inferos. Refertur uero hoc ut Thomas et ceteris uia ponit ad essentiam uel limi-
tationem essentie et non ad hoc ueraciter et secundum realem presentiam: est palliare et occultare con-
clusionis errorem. Patet igitur ex predictis quod sit proprius et ueritas sensus
predicte conclusionis.

Quod predicta conclusio in preex-
plicato sensu est falsa et heretica.

Primum quod propositum ostendat premitte sunt tres conclusiones. Pri-
ma: angelus et anima intellectiua a corpore sepeata possunt esse et de fa-
cto sunt in loco localiter: indiuisibiliter tamen et non circumscriptiue.
Sicut enim anima intellectiua indiuisibiliter est tota in toto corpore et tota in
qualibet parte per informatiōem: sic angelus et anima separata indiuisibiliter
est tota in toto loco et tota in qualibet parte loci localiter. Et ratio talis existen-
tie in loco localiter et diffinitive est: quia tam anima quam angelus sunt limitate et fi-
nitae nature. et ob hanc rationem non sunt ubique: sed in loco determinato et diffinitive.
Non sunt preterea quantitate corporales et extensiua. et ideo non sunt circumscri-
ptiue.

ptue & cōmensuratiue in loco: sed indiuisibiliter tñ. Et quia ista cōclusio nō
possit per rationem euidētem & demonstratiuam ostendi: rationibus tamen
& auctibus potest efficaciter probari: quia nō repugnat creature intellectuāli
viri & applicari a se vel ab alio nature corporali diffinitue & indiuisibiliter:
vt patet de anima humana que vnitur indiuisibiliter humano corpori per in-
formationem fm probatissimam p̄biam & fm fidem. Patet etiam hec propo-
sitiō de angelis & substantijs separatis: que fm p̄hos vnuntur indiuisibiliter
corporibus celestibus vt anime vel vt motrices ipsorū. Patet etiam ista pro-
positiō de demonibus qui per artem magicam indiuisibiliter diffiniunt & de-
terminantur ad aliqua corpora, sed non maiorē imperfectionē ponit in na-
tura intellectuāli viri corpori localiter indiuisibiliter tamen et diffinitue q̄
viri per informationem vel animationem vel magicam determinationem. q̄
non repugnat nature intellectuāli limitate qualis est angelus et anima intel-
lectiua separata viri & applicari alicui loco localiter diffinitue & indiuisibi-
liter. Confirmatur ista ratio: quia vnio localis & diffinitio nihil intrinsecū po-
nunt in re locata: sed est quid extrinsecum fm cōm opinionem, vel si ponunt
aliquid intrinsecū est respectus extrinsecus adueniens q̄ nullā p̄fectōē vel im-
p̄fectōē ponit in subiecto. Preterea fm p̄hos nō repugnat subijs separatis
mouere aliquod corpus in loco localit. q̄ nō repugnat eis eē in loco localit: q̄
ad mouere corpus localit sequit motōē eē in loco diffinitue: & oppositū nō
est intelligibile: quia mouens et motum fm p̄hos sunt simul similitate locali:
vt patet. vij. p̄by. vnde prima causa que mouet omne mobile & cōseruat omne
quod est in esse est p̄sens vbiq̄: eo modo quo sibi conuenit esse in loco: sci-
licet per essentiam p̄sentiam et potentiam fm fidem. Ex quo patet secun-
da cōclusiō: q̄ angelus & anima intellectuāli separata veraciter & vero mo-
tu locali mouentur localiter: quia omne receptiuus formarum alicuius gene-
ris quod non est ex se determinatum ad aliquam vnā illarum formarum neq̄
est illimitatum ad illas potest moueri siue mutari ab vna illarum formarum
ad aliam. Ista propositiō patet per se: quia subiectum includit predicatum, sed
angelus est receptiuus alicuius vbi diffinitue licet non circumscriptiue: sicut
patet ex prima cōclusiōe: neq̄ est illimitatus ad omnia vbi: quia nō est im-
mensus, ergo potest continue mutari ab vno vbi ad aliud. Et q̄ cōtinue pos-
sit moueri patet: quia inter duo vbi sunt infinita duo vbi media, quod proba-
tur ex continuo motu corporis per omnia illa vbi: per omnia autem illa pōt
angelus vel anima separata transire ita q̄ in nullo illorum vbi sit nisi indiui-
sibiliter: vt ex prima cōclusiōe patet, et per consequens non potest omnia
illa pertransire nisi continue moueat. Ex istis duabus cōclusiōibus sequitur
tertia cōclusiō: q̄ nois & verba importātia locū motū & t̄ps differētias quoq̄
locozum motuum & tempozum dicta de animabus separatis & angelis intelli-
genda sunt fm verā & propriā nois significatiōem & nō metaphorice & silitu-
dinarie. Cuius rō est: quia ex quo significata talium nominū & verbozum vera-
citer & proprie p̄ueniunt angelis & aiabus separatis vt probatū est in prima

et secunda cōclusiōibus, propositiōes ex talibus terminis formate & in sa-
cra scriptura & sanctorū patrū libris reperte intelligende sunt pp̄rie et nō me-
taphorice. Iste cōclusiōes p̄firmant primo aucte magri s̄iaz in primo di.
xxxvij. c. cumq̄ diuina natura, vbi sic dicitur: Duobus nāq̄ modis in scriptu-
ra aliquid locabile dicit, vel quia dimensiōem capiēns longitudinis altitudi-
nis & latitudinis distātiā facit in loco vt corpus: vel q̄ loco diffinit ac de-
terminat: q̄m cū sit alicubi non vbiq̄ inuenit: quod nō solū corpori sed etiam
omni creato sp̄i p̄uenit. Omne igit corpus oī modo locale est: sp̄s vō crea-
tus quodāmodo localis est: & quodāmodo non est localis. Localis quidem
dicitur: quia diffinitione loci terminat: q̄m cū alicubi p̄sens sit totus & alibi
non inuenitur. Non aut ita localis est vt dimensiōem capiēns distātiā in
loco faciat, vnde Aug. super Gen. ad istam de loco & motu creaturā sp̄i-
tualium sic loquitur: Deus oīpotens incōmutabili eternitate voluntate veri-
tate semper idem mouet per tempus creaturam spirituālem: mouet etiam
per tempus & locum creaturam corporalem: vt eo motu naturas quas con-
didit administrat, quod exponens magister vbi supra sic dicit: Ideoq̄ Aug.
attribuit mutationem loci corpori non sp̄i: quia licet sp̄itus transeat de
loco ad locum: non tamen ita vt dimensiōibus circumscriptus interpositiōe
sui faciat distātiā circumstantium sicut corpus. Ambrosius quoq̄ in libro
de trini, hoc idē sentire videtur. Dicit inq̄ Ysa, quia missus est ad me vnus
de seraphin: & sp̄itus quidem sanctus missus dicitur: sed seraphin ad vnū
sp̄itus ad omnes, seraphin mittitur in ministerio: sp̄itus operatur ministeriū
seraphin de loco ad locum transire: non enim complet omnia: sed ipse repletur
sp̄itu sancto. Ex quibus aperte monstratur q̄ creatura spirituālis sit in loco
diffinitue & moueatur proprie localiter et non metaphorice. Hoc idē pro-
batur auctibus sacre scripture: que loquitur expresse de missionibus & appa-
ritionibus tam interioribus q̄ exterioribus. De temptatōibus etiam & custo-
diā angelozum: de locis quoq̄ penarū & premiozum angelozum & animarū separa-
tarum, que omnia includunt verum motum localem et p̄sentia realem diffi-
nituiam ad locū. De missiōibus scribit Exo. xxxij. Ysa. vi. Luc. i. & ad Heb.
primo. Omnes inquit Ap̄stoli sunt administratorij sp̄itus in ministerium missi
De apparitionibus p̄t̄ Gen. iij. iij. Reg. v. Tobie & Job. i. Luc. i. Math.
i. & ij. caplls. De custodia vō angelozum habetur Math. xv. et ps̄ ix. scribitur:
Angelis suis deus mandauit de te vt custodiant te in omnibus vijs tuis. De
temptatōibus vō habetur iij. Reg. vlt. Math. iij. & xij. Luc. iij. & ad Heb.
vi. De obsidionibus scribitur Math. viij. & Luc. viij. De motu animarū se-
paratarum patet q̄ anima xpi descendit ad inferos fm articulum fidei: et ad
Ephes. iij. De alijs vero animabus fide tenemus q̄ a corpore separate sta-
tim descendant ad inferos: vel ascendant ad celos, et hoc idē de angelis.
Vnde Luc. xvi. scribitur: q̄ anima Lazari portabatur ab angelis dei. Et in
dialogo Grego. dicitur: q̄ aderant sepe angelis animabus sanctis et defere-
bant eas sepe in paradysum. Idē similiter legitur in legenda sancti Martini
b. ij.

Quod si non credis legendis scripturarum nec beatorum Gregorius, sacre tamen scripture firmiter credere necesse est. Si dicatur quod ex istis auctoribus non probatur efficaciter quod angeli et anime separate moueantur localiter et sint in loco secundum se et secundum suam substantiam: sed secundum corpora ab eis assumpta et mota. Secundum enim sacra scriptura tales apparitiones et missiones facte sunt personis uel, et non, testamenti in corporibus assumptis. Respondetur quod de aiab^o a corpore separatis que non possunt assumere corpora: auctores inducte efficaciter concludunt secundum omnem opinionem quod secundum se moueantur localiter et sint in loco diffinitive. de angelis uero qui uirtute propria et naturali possunt assumere corpora ad operationes corporales circa nos exercendas proportionata et accommodata: dicunt contra theologos quod cum talia corpora formantur de aere necesse est quod secundum se moueantur ad locum aeris de celo empyreo si sunt boni angeli: uel de inferno si sunt mali. Preterea non omnia mysteria angelorum exercentur in corporibus assumptis: ut patet de apparitionibus interioribus de custodijs et obsidionibus. et per rationis efficaciter probatur ex predictis auctoribus localitas diffinitiva et motus angelorum et animarum separatarum. Quibus premissis patet quod prefata conclusio in sensu preexplicato est falsa et heretica: quia ex articulo fidei deducitur per rationem bonam et necessariam: quod spiritus secundum animam ueraciter et secundum realem presentiam descendit ad inferos: et non solum quo ad effectum. ergo hereticum est dicere: quod spiritus non ueraciter et secundum realem presentiam descendit ad inferos ut dicit conclusio. ratio tenet quia propositio dicitur heretica: que contrariatur ueritati catholice in sacro canone formaliter et explicate contente: uel ex contentis in sacro canone bona et necessaria consequentia deducte: ut patet ex dictis. Aliis probatur multipliciter: quia entitas et ueritas cuiuslibet rei conuertuntur et in bona consequentia et necessaria se consequuntur. Nam bene sequitur: Socrates est homo. ergo Socrates ueraciter est homo: et e converso. sed si des predicat de christo entitatem motus descensus ad inferos. ergo et ueritatem. Si ergo spiritus secundum articulum descendit ad inferos. ergo ueraciter: id est uero motu locali descendit ad inferos. Si dicatur quod uerbum descendere in sacra scriptura multipliciter accipitur: Uno modo secundum essentiam et substantiam: quod est ueraciter descendere. Alio modo solum secundum effectum: et per consequens non sequitur in bona et necessaria consequentia: si spiritus descendit ad inferos: quod ueraciter et secundum realem presentiam descendit ad inferos: sed sufficit quod hoc uel illo modo descendit. Hec euasio nulla est: quia non repugnat alicui: si simpliciter dicitur de illo: proprie et ueraciter intelligitur dici de ipso: nisi per rationem conuincentem uel auctorem oppositum possit concludi. sed moueri localiter uero et proprio motu non repugnat angelo nec anime separate: ut patet ex supradictis. descendere uero ad inferos simpliciter dicitur de christo secundum articulum fidei: et oppositum non potest concludi per rationem aliquam euentem: nec per auctorem sacre scripture. et articulus fidei intelligendus est simpliciter de christo et uero motu locali descensus ad inferos: et per consequens spiritus ueraciter et secundum realem presentiam descendit ad inferos et non solum quo ad effectum. Confirmatur ista ratio: quia licet secundum effectum est determinatio distrahens et alienans uerbum descendere a sua propria et uera significacione: sicut enim homo mortuus uel pictus

non est homo sed secundum quid: id est similitudinarie: sic descendere secundum effectum non est simpliciter et ueraciter descendere: sed metaphorice et similitudinarie tamen ut patet ex supradictis. Cum igitur fides catholica predicet simpliciter de christo sine quacumque determinacione quod ad inferos descendit: sequitur quod ueraciter et secundum realem presentiam descendit et non solum quo ad effectum. Preterea secundum fidem proprietates que ueniunt humane nature secundum se et suas partes principales: conueniunt christo per conuentionem idiomatum proprie et ueraciter. unde sicut ad christum esse hominem: sequitur secundum fidem christum esse ueraciter hominem. et ad christum esse mortuum sequitur ueraciter esse mortuum. et ad iacuisse in sepulchro: ueraciter iacuisse in sepulchro. per similem presentiam sequi debet ad christum descendisse ad inferos: ueraciter et secundum realem presentiam descendisse ad inferos. Notandum tamen quod licet ueraciter uno quidem modo determinat inherentiis predicati ad subiectum. Alio modo determinat totam propositionem: et facit propositionem modalem. et quocumque modo accipitur: hec propositio est procedenda secundum fidem catholicam: Christus ueraciter descendit ad inferos: et eius opposita est heretica. Item licet ueraciter quicquid opponitur ad licet falsum: quicquid ad licet fantastice uel similitudinarie: quicquid ad improprie et metaphorice. et qualitercumque accipiat licet ueraciter patet quod hereticum est negare quod spiritus ueraciter et secundum realem presentiam descendit ad inferos. Notandum secundo quod quod a doctoribus dicitur: quod illa propositio est catholica que in bona et necessaria ratio deducitur ex contentis in sacra scriptura: intelligendum est per unum uel per plura media. nec refert si talia media sint omnia credita: uel cum aliquo credito coassumatur aliquid in lumine naturali cognitum: quia sicut ex solis creditis non sequitur nisi conclusio credita: ita ex uno uel pluribus creditis coassumpto aliquo naturaliter cognito uel pluribus: non sequitur nisi conclusio credita. Et per hunc modum procedunt supra inducte deductiones. Notandum tertio quod in presentia materia non loquimur de bonitate et necessitate presentie ita proprie et stricte ut dialectici et sophiste: sed loquimur ut theologos de bonitate et necessitate presentie credita et fidei: que tenet in omnibus terminis fidei consimili forma arguendi retenta. Et sic patet quod prefata conclusio in supra explicato sensu est falsa et heretica.

Quod predicta conclusio in sensu pro quo fit est de errore et de heresi suspecta.

d E motu et loco angelorum et animarum separatarum multiplex et uaria est theologorum et philosophantium opinio. Quibusdam tenent quod intelligentie sunt omnino immobiles et illocabiles tam per se quam per accidens. Alii uero tenent quod intelligentia est quedam essentia denudata ab omni materia et conditionibus materialibus: et quod mouet orbem per animam orbis conuictam sicut amatum et desideratum: ut scribitur. xij. metaphysice. et ideo nullam applicationem ad locum uel corpus habet: quia non operatur immediate secundum ipsos circa aliquod corpus. Dicunt preterea celestia corpora esse animata: et numerum intelligentiarum esse secundum numerum motuum corporum celestium. Secunda opinio est quorundam theologorum qui probabiliter tenent quod angelus et anima separata sunt in loco et mouentur localiter secundum se et secundum propria substantiam adeo quod non est intelligi-

bile angelum et animam separatam esse et non esse in loco supposita existentia loci. Dicunt tamen quod angelus non est in loco circumscriptiue, sed diffinitiue tantum; quia determinatur ex sua intrinseca natura ad locum aliquem: sic quod existens in uno loco non est in alio. Hanc autem opinionem tenet scotistarum et nominalium schola. Scotus tamen addit in. ij. quod dato quod substantia angeli sit in loco et moueatur localiter: ratio tamen essendi in loco magis proprie loquendo est limitatio virtutis quam essentie. Tercia vero opinio est aliorum theologorum dicentium quod angelus et anima separata non sunt in loco: sic quod essentia et limitatio virtutis sit ratio essendi in loco ut precedens opinio dicit: sed operatio eius circa locum vel circa corpus existens in loco. Conuenit tamen cum precedenti opinione in hoc quod substantiam angeli et anime separate dicit esse subiectum motus localis et realis presentie ad locum: et esse in loco diffinitiue et distare a loco distante et appropinquare loco propinquo. Hanc autem opinionem tenet Thomistarum schola. Quarta opinio aliorum theologorum est quod angelus et anima separata nec per essentiam nec per operationem nec per aliquod extrinsecum vel intrinsecum sunt in loco: sic quod eis conueniat locus vel situs vel ubi secundum propinquitatem et distantiam: aut moueri localiter formaliter et subiectiue: ut precedentes opiniones tenent: sed solum dicunt esse in loco et moueri localiter in quantum sunt in corpore locato non secundum se sed secundum effectum: quod est esse in aliquo sicut mouens in moto: vel sicut causa in suo effectum. et tenentes hanc opinionem dicunt quod angelus ad hoc quod moueat corpus non requirit nec preerigit aliquam propinquitatem nec realem presentiam ad corpus mobile: sed proportionem tantum secundum rationem mouentis et mobilis: quia existente angelus mouet corpus quoniam uult: quia liber est in mouendo: et quando mouet dicitur esse in loco. Quinta vero opinio cui innotuit defensor predictae conclusionis est: quod substantia angeli nusquam est: nec mouetur localiter ratione sui aut alius cuius existit in ipso: neque ratione operationis transiens extra: sic quod ei formaliter et subiectiue conueniat motus vel locus vel situs diffinitiue cum substantia separata talium accidentium corporalium non sit susceptiua: in quo concordat cum precedenti opinione. Differt tamen in hoc quod hec opinio tenet quod sicut angelus nusquam est secundum locum sic est presentis cuilibet corpori quod potest moueri: presentia tamen ordinis vel situs siue moueat corpus siue non, sed quoniam mouet dicitur esse ibi specialiter ubi mouet secundum quandam appropriationem: quia ibi manifestatur specialiter sua uirtus: presentia tamen realis angeli ad locum precedit eius operationem in loco. Cuius ratio est secundum istam opinionem: quia motus et omnis actus qui subiectum supponit preerigit presentiam motui ad mobile: et actiui ad passiuum. Hic angelus potest agere in multa simul vel successiue. Et antequam agat actu presentis est cuilibet corpori et simul ex natura sua, et ideo secundum istam opinionem ponitur quod angelus et quelibet substantia separata sit simul presentis cuilibet corpori quod potest moueri antequam aliquod eorum moueat, quod per hunc modum persuadet Durandus, xxxvii. di. primi sen. Quod inquit facit situs in corporibus hoc facit ordo in spiritibus secundum beatum Augustinum. Hic videmus in corporibus quod corpus celeste habens calitatem super omnia generabilia et corruptibilia presentis est omnibus secundum situm hoc modo ut agat in omnia, et angelus habens calitatem super aliqua corpora quo ad motum locales presentis

est omnibus secundum ordinem: ita quod possit in omnia illa agere cum uoluerit. Et si non semper agat ratione sue libertatis: hoc tamen interest hic et ibi: quod presentia corporis celestis ad omnia generabilia et corruptibilia cum sit secundum situm: non est ad quodlibet corpus secundum se et immediate sed est ad uniuersitatem corporum presentium et ad unum alterabile habens partes quarum quedam sunt propinquiores celo et immediate secundum situm: quedam uero remotiores et immediate ac si totum corpus contentum infra celum esset unum continuum eterogeneum immediate contactum celo secundum sui ultimum et non secundum sui intimum impediente hoc natura quantitatis et situs in utroque: ratione quorum quod est immediatum unum est mediatum alteri, sed presentia angeli ad quodlibet corpus mobile ab ipso cum non sit secundum situm non impedit per unum corpus: quin sit immediate ad quodlibet aliud, sicut ponendo animam rationalem non esse quantam: dicimus quod ipsa secundum se tota existens in una parte corporis puta in capite non impedit quin sit immediate tota in parte distante scilicet in pede, et idem est de angelo respectu cuiuslibet corporis quod potest moueri: nisi quod angelus non est forma et actus corporis sicut anima. Et hanc opinionem recitatiue tantum et absque ulla assertionem inquirendo solum et dando occasionem peritioribus ulterius inquirendi ueritatem scribit Durandus. Hanc autem quinque opinionum de motu et localitate angelorum et substantiarum separatarum: opinio priorum est simpliciter heretica secundum Thomam, di. xxxvii. primi sen. quia fide tenemus angelos circa nos operari immediate: fide etiam tenemus plures angelos esse secundum numerum: quod sit numerus motuum corporum celestium. Scribit enim Basilius, vii. c. quod milia millium ministrabant ei: et decies centena milia assistebant ei. Secunda uero opinio que ponit substantiam angeli secundum se et secundum essentiam moueri localiter et esse in loco est probabilior et auctoribus sacre scripture et dictis sanctorum conformior. Tercia opinio uidetur esse suspecta de errore et heresi: pro quanto non potest apparenter nec probabiliter saluare dicta sacre scripture et sanctorum doctorum de mysterijs et locis premiorum et penarum angelorum et animarum separatarum: quia operatio per quam angelus determinatur ad locum non potest esse operatio materialis: quia talis eque abstracta est a loco motu et differentijs locorum et temporum sicut substantia angeli secundum predictam opinionem: oportet ergo quod sit operatio et effectus transiens in materiam corpalem. Constat autem secundum fidem et auctoritates sanctorum quod angeli et anime beate que sunt in celo et in inferno tanquam in loco non operantur tales operationes in celo nec in inferno: ut patet discurrendo per singulas operationes ipsorum angelorum et animarum separatarum. Quarta uero opinio et quinta uidentur esse magis suspecte de errore propter rationem eandem: et etiam hoc quod ab angelis et animabus separatis negatur uerus motus localis et realis presentia diffinitiua ad locum: quod uidetur fauere priorum errorum: et maxime quinta opinio que ponit angelos esse ubique presentes secundum propriam naturam. Sunt preterea ultime tres opiniones suspecte de errore et heresi pro quanto fuerunt damnate Parisius a domino Guilllo quondam episcopo Parisiensi pluribus articulis. In articulo. Cviij. dicitur sic: Quod substantia anime nullo modo est mobilis secundum locum nec per se nec per accidentes. Et si ponatur alicubi per substantiam suam nunquam mouebitur de ubi ad ubi: Error. Item articulo. CCxiiij. dicitur b. iij.

fic: Quod anima nunquam moueretur nisi corpus moueret: Error. Item articulo CCxvij. Quod intelligentia angelus vel aia sepata nusquam est secundum substantiam sed secundum operationem: Error: si intelligatur quod substantia non sit in loco. Item articulo CCliij. Quod substantie separate sint alicubi per operationem: et quod non possunt moueri ab extremo in extremum neque in medium: nisi quia velle possunt operari aut in extremis aut in medio: Error: si intelligatur sine operatione substantia non esse in loco: nec transire de loco ad locum. Expresse isti articuli danant ut erroneas falsas et de heresi saltem suspectas tertiā quartā et quintā opiniones. Et si dicatur quod talis excoicatio vel danatio articuloz non transit mare vel diocē. Respondet Scotus in ij. sen. et bene: quod si tales articuli sunt articuli adnati sicut heretici sunt danati non solum aucte diocesani tamen: sed etiam aucte ppe est de here. c. ad abolendam vel saltem finis talis est habenda suspecta de heresi: quoniam in aliqua vniuersitate famosa: qualis est Parisiensis. solēniter est danata. Patet igitur quod predicta conclusio in sensu pro quo fit a defensore: est suspecta de errore et heresi.

Secunda Conclusio Apologetica Joannis
Patri Birandulani Concordie Comitis.

Peccato mortali finiti temporis non debetur pena infinita secundum tempus: sed finita tantum.

Determinatio magistralis.

b *Ec conclusio videtur mihi sine preiudicio sanctorum sententia falsa et heretica. Ad quod declarandum ostenditur primum quid sit peccatum mortale: et quid sit illud quo transeunte actu peccati peccator denotatur peccator. Secundo videbitur de pena debita peccato mortali. Tercio demonstrabitur quod prefata conclusio de rigore sermonis et in sensu quem facit est falsa et heretica. Finaliter probabitur quod predicta conclusio in sensu pro quo fit est falsa et de heresi suspecta.*

Quid sit peccatum mortale: et quo formaliter transeunte actu peccati quod denotetur peccator.

• *Apposito secundum fidem catholicam quod mortale peccatum quoddam sit originale et quoddam actuale. Dicimus quod peccatum mortale actuale de quo prefata conclusio loquitur est commissio vel omissio voluntaria contra legem dei preceptiuam. vnde Augustinus. contra Faustum. Peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem dei eternam. Vel ut in libro de duabus ciuitatibus dicitur. Peccatum est voluntas retinendi vel sequendi quod iusticia vetat. Quod exponens magister sententiarum in ij. dicit: quod Augustinus in vtraque assignatione loquitur de peccato actuali mortali et non veniali: quibus aliqui opinentur contrarium. Ex prima namque assignatione Augustini ostenditur quod peccatum est voluntas mala sine locutio et operatio praua: id est actus malus tam interior quam exterior. Ex altera vero ostenditur quod est actus interior nec est opus in predicis assignationibus exprimere omissionem eterne legis: ut quidam argumentantur indu-*

centes illud Augustini in primo de li. arbi. quod peccare nihil aliud est quam negligētis rebus eternis temporalia sectari. quia secundum Theobaldum. i. ij. affirmatio et negatio ad idem genus reducuntur: sicut in diuinis genitum et ingenitum ad relationem: ut in li. de trini. Augustinus scribit. Pro eodem igitur est accipiendum dictum et non dictum: factum et non factum: concupitum et non concupitum. Et sic patet quod nomine peccati secundum Augustinum et ceteros doctores tam sanctos quam scholasticos intelligitur actus interior vel exterior et omissio vtriusque sed legem dei eternam preceptiuam. Hoc autem modo accipiendo peccatum cum habeat rationem mali: malum autem inchoatum malum noceat et corrumpat aliquod bonum secundum Augustinum in Enche. Dicimus secundum doctores sanctos quod peccatum mortale corrumpit primo bonum nature. scilicet bonum gratie: maculam quandam inducendo in aia. tercio vero efficit reatum ad penam: quod nihil aliud est quam obligatio passiva ad penam. De corruptione boni naturalis habetur in glo. super illud. u. n. c. r. Homo descendens ab Hierusalem in Hierico: quia homo per peccatum spoliatur gratis et vulneratur in naturalibus. De macula scribitur Josue. xx. An pax vobis est: quia peccastis in Beelsegor et vsque in presentem diem macula huius sceleris in vobis permanet. De reatu vero ad penam scribitur ad Romanos. ij. Tribulatio et angustia in quam omnem operantis malus. Tribulatio autem et angustia nominant penam quandam. Mattheus. etiam. xxv. dicitur: Ibi sunt in supplicium eternum. Notandum tamen quod corruptio boni nature et vulneratio consequitur ex peccato originali. macula autem et reatus non solum ex originali sed etiam ex actuali. reatus vero ad aliquantulum penam ex veniali. Notandum etiam quod sicut ex actibus bonis moraliter ex genere scilicet et circumstantiis causantur boni habitus et inclinationes ad similes actus: sic ex malis et viciosis actibus causantur mali habitus et inclinationes ad similes actus. Et sicut per primum actum peccati mortalis boni habitus et inclinationes non corrumpuntur totaliter sed diminuantur: sic in peccatore multis vicibus et inclinationibus malis habituato dum iustificatur et gratia infunditur tales inclinationes et qualitates viciose statim non corrumpuntur sed diminuantur: ut doctores communiter tenent et experientia docet. Ex quibus patet quod transeunte actu peccati in peccatore non manet de per se nisi mala qualitas mentis. manet etiam de per se macula que priuationem nitorem diuine gratie formaliter importat. manet preterea de per se reatus seu obligatio ad penam. Et dicitur notanter de per se: quia talia nata sunt sequi de per se ex peccato mortali tanquam a per se causa eo modo quo peccato conuenit esse causam. Si vero aliqua alia transeunte actu peccati in peccatore inueniatur: hoc est impertinens et de per accidens: quia vel preexistunt vel per accidens sequuntur: ut patet de illo qui de iusto efficitur iniustus et peccator. Si ergo transeunte peccato verum est dicere demonstrato illo qui peccauit quod iste est peccator donec peccatum fuerit sibi remissum: querendum est quid est illud. Et non videtur quod sit peccatum preteritum: quia licet peccatum preteritum denominet sortem peccasse: passiviter tamen non denotat sortem peccatores. Item si ex hoc quis denotetur peccator quia peccauit: et non in gratia post remissionem peccati diceretur peccator quod est absurdum: nec transeunte peccato quis denominatur

peccator a mala qualitate per peccatū vnū sine plura eiusdem rōnis genita: q̄a cū illa maneat et stet cū gr̄a: post remissioē peccati ex̄is in gr̄a denoiaret peccator. et per p̄ns simul esset acceptus ad vitā eternā et ordinatus ad eternā penā quod est incōueniens. Nec potest quis denoiari peccator a macula quia deus subtrahit gr̄am prop̄ demeritū peccatis: et p̄ p̄ns deus est causa macule non demeritoria sed subtractiua. Deus aut̄ non est causa q̄ aliquis sit peccator: q̄a nemo auctore deo fit deterior: idest peccator s̄m Augustinū: quia Jo. i. sine ipso factū est nihil: idest peccatū. et per eandē rōnem transeunte peccato non pōt quis denoiari peccator a reatu vel obligatiōe ad penā: vt defensor predictē conclusiōis dicit: quia talis reatus et obligatio est de per se a voluntate et lege diuina: que transgressores preceptoz suoz ordinat et obligat ad penā eternā. et per p̄ns deo auctore quis efficeret et denoiaretur peccator. Reatus preterea vel obligatio ad penā improprie et abusive dicitur peccatū: proprie vō et de per se dicitur effectus peccati. et per p̄ns ab ipso nemo denoiatur peccator sed reus vel ad penā obligatus. Et quo ergo transeunte peccato denoiatur quis peccator? Dicim⁹ q̄ dimissis nominaliū et scottitaz opinionibus transeunte peccato q̄s formalit̄ denoiatur peccator a peccato preterito nondū per gr̄a aut gr̄e sacramentū remisso: aliquo t̄m mō in suo effectu derelicto remanente ex parte p̄uersionis vel auersionis. Nec oportet q̄ si q̄s dicat̄ actu peccator q̄ sit formalit̄ peccator p̄ aliq̄ quod est actu presens: vt aliqui falso imaginant̄: quia non vniuocē dicitur quis peccator dū actu peccat et dū cessat ab actu peccati: quia dū actu peccat dicitur peccator a peccato p̄f̄iti: dū aut̄ cessat a peccato dicitur peccator ab eodem peccato preterito non dimisso. et ideo propter talem analogiā huius nōis peccator: et non vniuocatiōem pōt quis denominari peccator formalit̄: nō solum a peccato presente sed a peccato preterito dummodo aliquāter maneat in suis effectibus. Nec est determinatio maḡi senten. in. ij. di. rli. c. preterea queri solet. Non est inquit ignorandū peccatū duobus modis in aliquo dici esse et transire: sc̄z actu et reatu. Actus est in aliquo dū ipsum q̄s peccatū est: aut actio vel voluntas in peccante est. Reatu vō cū p̄ eo siue transierit siue assit mens hominis polluta est et corrupta: totūq̄ homo supplicij obligatus p̄petuis. nec vnq̄ est in aliquo peccatū actu preter originale quin sit etiā reatu: sed est reatu interdū postq̄ transit actu. Ex quo pat̄ s̄m maḡm q̄ transeunte actu peccati peccatū manet reatu: et per p̄ns a peccato sic manente in suo effectu denoiatur quis peccator et non a reatu. Nec maḡ vt post videbit̄ appellat reatum peccatū: vt defensor predictē conclusiōis maḡo sen. falso imponit.

De pena debita peccato mortali s̄m doctrinam fidei et sanctorū doctorū.

d **U**plex pena in genere s̄m doctores debet peccato mortali actuali. Pena q̄dem damni que consistit in carentia diuine visiōis: et hec correspondet auersioni a bono incōmutabili et eterno. Altera vero est pena sensus que consistit in exp̄ientia alicuius nocumēti a rebus sensibilibus accepti

et hec pena correspondet conuersioni ad bonū creatū et cōmutabile. Cuius ratio est s̄m Thomā: quia pena debet proportionalit̄ culpe r̄idere. in culpa autem non solum auertitur mens ab ultimo fine: sed indebite conuertitur in alia tanq̄ in finem. Non solum ergo puniendus est qui sic peccat per hoc q̄ excluditur a fine pena damni: sed etiam per hoc q̄ pena sensus ex alijs rebus sentiat vel percipiat nocumētum. Et hinc est q̄ diuina scriptura peccatorib⁹ minatur non solū exclusionem a gloria quod est pena damni: sed etiā afflictionem ex alijs rebus quod est pena sensus. Scribit enim Math. xv. Discedite a me maledicti in ignem eternū: qui paratus est diabolo et angelis eius. et in ps̄. Pluet super peccatores laqueus ignis sulphur sp̄is procellaz pars calicis eoz. De quantitate vō pene mirantur quidā et murmurant cur de⁹ misericordissimus pro vnus transgressione mandati per penitentiam non deleta perpetua puniat damnatione: cū t̄m quedam peccata in via breui tempe perpetientur. Hanc q̄onem mouet Aug⁹. xxi. de ciui. c. xi. Inuisitū inquit putatur vt pro peccatis q̄stulibet magnis paruo scilicet t̄pe p̄petratis: pena q̄sq̄ damnetur eterna. Quomodo verū est inquit quod ait x̄ps videlz. In qua mensura mensi fueritis in ea remetietur vobis: si temporale peccatum supplicio punitur eterno. Ad quā Aug⁹. recitatis octo generibus penaz que Tullius in legibus scribit p̄ hec verba r̄idet. Ne quisq̄ extitit legilatoz qui censeret tam cito nocentiū finienda esse tormēta: q̄ cito factum est vel homicidium vel adulteriū vel sacrilegiū vel quodlibet aliud scelus. Non enim temporis longitudine: sed iniquitatis et impietatis magnitudine peccatum est metiendum. Qui vō pro aliquo grandi crimine morte mulctatur: nūquid mora qua occiditur que per breuis est eius supplicij leges existimant. et non q̄ euz in sempiternū auferunt de societate viuentiū: quod est autem de ista ciuitate mortali homines supplicio prime mortis: hoc est de illa ciuitate imortali homines supplicio secunde mortis auferre. Sicut enim non efficiunt leges hui⁹ ciuitatis vt in eam quisq̄ reuocetur occisus: sic nec illius leges ciuitatis admittunt vt ad eius quis ultra beatitudinem reuocetur eterna secunda morte damnatus. Ex quo patet s̄m Aug⁹. q̄ ratio quare peccato mortali debeat pena eterna s̄m tempus est propria et intrinseca magnitudo impietatis et iniquitatis peccati: et non eius duratio longa vel breuis. Et quibus sancti doctores et scholastici plures inducant et assignent ratiōes fundamentales ad probandū q̄ peccato mortali iuste debeat pena infinita s̄m tempus: adducenda est tamen sententia beati Thomē: in qua defensor predictē conclusiōis credit fundare suam intentiōem: vt ostendatur q̄ mens beati Thomē est ad appositum predictē conclusiōis. Unde in quarto sententiarum vbi querit Si peccato mortali s̄m iusticiam debeat pena eterna: per hec verba ex propria intentione respondet. Cum pena duplicem habeat quantitatem: scilicet s̄m intensionem acerbitatis: et s̄m durationem temporis: quantitas pene correspondet quantitati culpe sc̄m intensionem acerbitatis: vt s̄m q̄ grauius peccauit: s̄m hoc grauior ei pena infligatur. Non autem correspondet

duratio pene durationi culpe: ut dicit Aug⁹. xxi. de ciuitate: Non enim adulteriu qd in momento tps perpetrat: momentanea pena puni^t etiā fm leges bñanas. s; duratio pene respicit dispositōes peccatō. vñ pcludit fm Aug⁹. q; p quodlibet peccatū mortale reddi^t peccator dignus a cinitatis cōsortio bñōz eternaliter priuari. Ad qd probandū inducit plures rōnes: quaz aliq; pro cedūt a priori r per cām: aliq; vō a posteriori r per effectū. A priori quidē est illa que sumit fm Aug⁹. ab obiecto qd peccat qd est bonū eternū. vnde Aug⁹. xvi. de ciui. dei: Factus est peccator dignus malo eterno: quia hoc in se peremit bonū qd esse possit eternū. Secūda vō rō que est beati Greg⁹. iij. Dialo. sumitur etiā a priori: quia homo in bono eterno peccauit. Tercia rō: quia contra bonū infinitū quod est deus peccatū sumitur etiā a priori. Quarta vō rō quā pro se inducit defensor predictę conclusionis est a posteriori: quia culpa inquit manet: cū culpa non possit remitti sine grā quam homo non pōt post mortem acquirere: nec debet pena cessare q̄diu culpa manet. Ex quibus patet q; dictū bñi Tho. non facit ad propositū conclusionis: q; nō ex hoc solū peccatū mortale puni^t eternalit^r: q; reat⁹ r macula seu culpa durāt eternalit^r l; de facto ita fit: cū talia sint inseparabilia. s; rō quare p se primo peccato mortali debet pena eterna est q; pmittit cōtra deū q; est bonū eternū r finitū. P; igit fm sacra scripturā r sc̄tōs doctores: q; peccato mortali finiti temporis debetur pena eterna r infinita fm tempus.

Qd predicta conclusio in sensu quem de rigore sermonis r ex vi verborū facit est falsa r heretica.

E prebabitur est manifestum q; predicta conclusio de rigore sermonis rōnabiliter est intelligenda de peccato mortali pprie dicto: quia in significatiōibus vocabulorū sequi debemus vsum cōm: nec aliter possumus probare significata noim. Proprie aut peccatum mortale de quo sancti doctores loquūt^r r diffinitōes dantur est cōmissio vel omissio voluntaria contra legem dei pceptiuā: quod pstat duratōe esse finitū: nam humana voluntas q̄diu est in via non pōt perpetuare actiōes suas. nec vt quibsdā placet aliqua voluntas creata hoc potest: loquendo de actionibus ppria virtute productis. Predicta igit cōclusio de rigore sermonis est intelligēda de peccato mortali pro pmissiōe vel omissiōe voluntaria: r non pro reatu. Preterea conclusio est intelligenda de rigore sermonis in sensu pro quo sancti doctores r scholastici in pñti materia loquūt^r: quibus defensor p̄dicte p̄clusiōis contradicere intendit: vt in cōclusionē preambula conclusioni predictę dicit. sed sancti doctores disputantes de pena debita peccato mortali loquūt^r de cōmissione vel omissione voluntaria r non de reatu peccati. ergo idē quod prius. Preterea reatus noie non intelligitur fm Tho. r magr̄m sen. peccatum vt iste falso eis imponit. Nam magr̄ sen. di. xli. sic dicit: Reatus autē in scriptura multipliciter accipit: scilicet pro culpa pro pena pro obligatiōe pene temporalis vel eterne: qd Tho. di. eadem articulo. ij. sic exponit: Reatus dicitur sc̄dm q; aliquis est reus pene. r ideo pprie reatus nihil aliud est q; ob-

ligatio ad penam. Et quia hec obligatio quodāmodo est media inter culpas et penā: ex eo q; propter culpā aliquis ad penam obligatur. ideo nomen mediū transsumitur ad extrema vt interdū ipsa culpa vel etiā pena reatus dicat^r r in questiōibus de malo. q. ij. in r̄sione ad quartū argumentū hoc idē sentire videtur. Reatus inquit: id est obligatio ad penam: est quidā effectus consequens ad peccatū. vnde cum dicit^r q; peccatum transit actu r manet reatus idē est ac si diceret^r q; transit per suā essentiā r manet in suo effectū. Et sic patet fm Thomā r magr̄m: q; reatus non est peccatus sed effectus peccati. bene tñ verū est q; in sacra scriptura peccatū qñq; sumit^r p pena: qñq; vō p culpa. vt in illa aucte: Peccata tua elemosynis redime. r in illa: Sctā r salubris est oīo exorare p defunct⁹ vt a pctis soluant^r. vbi peccatū sumit^r p pena. Nā post peccatū dimissum restat aliqua pena satisfactoria solūda. Possunt etiā predictę auctes rōnabiliter intelligi de peccato veniali qd inter peccata prop̄dicta p̄putat. Sic igit predicta p̄clusiōe intellecta p̄bat q; sit falsa r heretica: quia p̄ veritate sacre scripture: que pro peccatis mortalibus finito tpe perpetratis minatur peccatoribus eternā penā. vnde xps ad Marth. xv. c. recitatis peccatis in via p̄missis dicendo: Esuriui r nō dedistis mibi ad manducandū: sitiui r nō dedistis mibi potū: sniam p̄ofert diffinitiuā p̄tra peccatores ad eternā penā: pro iustis vō ad eternā gloriā. Constat aut q; talis sententia dat^r pro bonis r pro malis opibus in via factis: que nō p̄t esse nisi duratione finita. s; predicta p̄clusiō in sensu p̄plicato est veritati sacre scripture r̄ria r per p̄sequens heretica. Si dicat^r q; non est determinatū ab ecclesia nec p̄uincit^r ex sacra scriptura: q; peccato mortali finiti tps debeat^r pena infinita fm tps r non finita tm̄. R̄ndetur q; ex snia xpi et ex articulo fidei: Qui bona egerūt ibūt in vitā eternā: qui vō mala in ignem eternū: efficaciter conuincitur r bona r necessaria p̄na deducit^r q; peccato mortali finiti tps debet^r pena infinita fm tempus r non finita tm̄: cui repugnat predicta p̄clusiō. r p̄ p̄ns est heretica: vt p̄t ex his que in prima determinatōe dicta sunt de assertionibus catholicis r hereticis. Repugnat etiā predicta p̄clusiō veritati sacramenti penitentię: virtute cuius eterna pena mortali peccato finiti tps debita p̄mutat^r in penam temporalem. Fanet preterea hec p̄clusiō hereticis illis qui eternas penas peccatis mortalib⁹ finito tpe perpetratis deberi negabāt vt patet ex aucte beati Aug⁹. precedenti capitulo inducta.

Qd p̄dicta p̄clusiō in sensu p̄ q; sit est de errore r heresi suspecta. Apposito q; peccati noie equoce et improprie reat⁹ intelligat^r et significet: adhuc predicta p̄clusiō est de errore r heresi suspecta: quia certū est r manifestū q; tale peccatū mortale vsq; ad p̄nias exclusiue est duratiōe finitū. r p̄ p̄ns verū est dicere fm defensorē predictę p̄clusiōis q; talis reatus est mortale peccatū finiti tps. Querendū est igit an tali peccato mortali finiti tps debeat^r pena infinita fm tps aut finita tm̄: dare non est mediū. si infinita p̄dicat^r p̄clusiōi in sensu p̄ q; sit. si vō finita tm̄: seq̄t q; p̄ p̄nias supueniētē nō remittit^r tale pctm̄ mortale q; ad penā eternā cū nlla talis sibi deat^r

nec virtute clauis commutatur pena eterna in temporalem: quod non solum est de heresi suspectum sed hereticum. Preterea demonstrato tali reatu peccati mortalis arguitur sic. Tale peccatum mortale per penitentiam condignam finitum aut remanet idem numero peccatum mortale: aut non. Si remanet idem numero peccatum mortale: sequitur quod per penitentiam condignam non remittatur peccatum mortale, quod est hereticum: et per penitentiam sequitur quod peccator de eodem peccato numero tenetur iterum penitere et confiteri, quod est impium: quia deus non punit bis in idipsum. Si vero talis reatus idem numero non maneat peccatum mortale sequitur quod nihil est dictum: Peccato mortali finiti temporis non debetur pena infinita secundum tempus sed finita tantum, imo excessiva tali improprietate loquendi: potest esse tam vehemens et intensus motus contritionis secundum doctores: quod tota pena peccato mortali debita eterna scilicet et temporalis condonabitur penitenti. Preterea quod peccato mortali per penitentiam finito non debeatur pena infinita secundum tempus: si finita tantum: nemo sane mentis dubitat: imo quicquid nulla ut dictum est, si conclusio permittat disputacionem et addicionem necesse est quod in preexplicato sensu intelligatur: vel improprie loqui se fateatur. Si dicatur quod verbum deberi quicquid sumitur pro eo quod aliqui reddet: et sic peccato mortali non semper debet eterna pena: quia scilicet per penitentiam remittitur et finitur, quicquid vero verbum deberi sumitur pro dignitate habendi eternam penam: et hoc modo peccato mortali debetur pena infinita secundum tempus si peccator impenitens in illo decedat. Hec inquam euasio magis est ad oppositum quam ad propositum: quia cum verbum deberi in predicta conclusio simpliciter negetur si vniuocae capiatur pro quolibet suo significato: negatur secundum veram logicam, et per penitentiam sequitur quod peccato mortali nullo modo debeatur infinita pena: quod est hereticum: et contra secundum membrum assignate distinctionis. Si vero deberi sumatur analogice: aut simpliciter equiuoce accipiendus est terminus principalior et magis usitato significato apud doctores: quod est esse dignum vel obligatum ad penam eternam: et sic idem quod prius. Preterea inter disputandum cauet ne conclusio multiplex et equiuoca proponatur propter sensus incertitudinem: que omnem arguendi et addicendi viam tollit. Preterea ridiculum est dicere quod si Bertus debet Titius, et ex obligatione civili: si non soluat: quod non debeat, ergo cum peccato mortali secundum legem diuinam debeatur pena eterna: si non persoluat peccator talem penam non sequitur quod tali peccato non debeatur eterna pena, sed est fallacia sequentis: a negatione vnius cause veritatis ad negationem propositionis habentis plures causas veritatis. Preterea peccatum mortale finiti temporis non est dignum pena infinita secundum tempus ut conclusio dicit, ergo distinctio de verbo deberi non facit ad propositum conclusionis. Si dicatur quod aliqui doctores dicunt: quod prescitis pro actu merito que elicitur a gratia non debetur vita eterna: quia non sibi reddetur. Respondetur quod si prescitis non reddatur vita eterna non sequitur quod sibi non fuerit debita ut dictum est: sed bene verum est quod prescitis existenti in gratia non debetur eterna gloria secundum eternam dei predestinationem, et per consequens non reddetur sed quia sibi debeat secundum partem iustitiam et in dispositionem quam actu habet dum

meretur: nemo doctorum quos ego legerim in hac materia negat: imo magister sententiarum theologorum princeps hoc asserit. Unde dicit Scotus in 4. in 4. quod prescitis qui aliquando gratiam habuit in via et meruit habere ius in vitam eternam: sed non actum petendi propter impedimentum peccati, per quod: et si non amittatur ius et debitum habendi vitam eternam: perditur tamen actio petendi: et ob hoc prescitis nunquam reddetur vita eterna. Recipit preterea defensor predictae conclusionis in hoc quod credit: quod peccatum mortale tantum est dignum pena eterna in quantum durat inclusivae usque ad mortem: post quam non est tempus penitendi nec revertendi ad deum: et tale peccatum sic prescitis deus ordinat absolute ad penam eternam, peccatum vero mortale quod prescitis deus per penitentiam remittendum et delendum non ordinat deus absolute ad penam eternam sed temporalem. Sic autem error pervertit totam sacramentum scripturam et veritatem sacramenti penitentiae. quod sic probatur: nam quod accidit peccato mortali non est ratio nec causa eius quod de per se puenit sibi, sed continuatio et perseverantia in peccato usque ad terminum vite inclusivae: impenitentia quoque et prescitis diuina accidunt peccato mortali ut de se patet: esse vero dignum pena eterna convenit sibi in secundo modo dicendi per se in quacumque mensura producat ex hoc quod est offensa vel impietas seu iniquitas contra bonum eternum et legem dei eternam commissa: ut patet per beatum Augustinum. ergo duratio longa vel brevis impenitentia quoque vel perseverantia nihil faciunt ad hoc quod peccato mortali debeatur eterna pena: et maxime impenitentia cum sit novum peccatum: peccato ergo mortali qualitercumque accepto debetur pena eterna et infinita secundum tempus et non finita tantum. Quod si talis pena aliqui non persoluitur: procedit ex plenissima misericordia dei: qui peccatorum dedit tempus penitendi et revertendi ad ipsum quantum diu est in via. Est preterea ex misericordia dei plenissima: quod decedens in peccato mortali puniatur infinita pena secundum durationem cum mereatur accipere infinite pene intensivae et omnimoda anihilationem secundum strictum rigoris iusticie: ut theologus probatissimi tenent. In punitione igitur malorum videtur plenissimus deus misericordia simul cum iusticia: si conservando naturam puniat peccatorem pena finita intensivae: infinita vero durativae. Et hoc est quod in regulis theologie scribitur: quod deus premiat iustos ultra quod dignum: punit vero peccatores citra condignum.

Tercia Conclusio Apologetica Joannis

Pici Brandulani Concordie Comitis.

Nec crux christi nec ulla imago adoranda est adoratione latrie: etiam eo modo quo ponit Thomas.

Determinatio magistralis.

b **Et conclusio videtur mihi saluo semper meliori iudicio scandalosa et plane auriu offensiva contra severitatem vobis ecclesie. Ad quod ostendendum declarabimus primum quid sit adoratio in genere: et quot sint eius species et differentie. Secundo ostendetur quid ecclesia pie tenet et sentiat de adoratione crucis**

et imaginis xpi et de reliquis et imaginibus sanctorum. Probabitur tercio qd prefata conclusio in sensu quem de rigore facit sermo est pia et aurius offensiva et scandalosa.

De adoratione quid sit et de speciebus eius.

Adoratio fm communiter loquentes; siue capiat pro actu interiori siue exteriori est cultus alicui exhibitus propter excellentiam in eo formaliter repertam vel aliquo modo sibi attributam. Dicitur notanter propter excellentiam formaliter repertam; propter adorationem de per se, dicitur consequenter; vel aliquo modo sibi attributam propter adorationem de per accidens. Adoratio namq; eo modo debetur alicui quo modo sibi conuenit excellentia vt post dicitur. Talis autem cultus aut debetur alicui ratione excellentie increate et infinite; et talis cultus dicitur adoratio patrie, aut ratione excellentie create vel finite; et dicitur adoratio dulie cõter sumpte; que fm Durandis diuiditur in simplicem duliam et hyperduliam; idest excellentem duliam. Excellentia namq; creature rationalis; aut est eminens et singularis; et tali excellentie debetur hyperdulia; qualis est excellentia humanitatis xpi et beate virginis, aut talis excellentia creature rationalis est cõis et imperfecta; et tali debetur simplex et cõmunis dulia; que tot habet gradus fm Durandis et species distinctas; quot sunt gradus excellentie specificè distincti. Scdm enim aliam rōnem excellentie preest pater filio; magister discipulo; dux militi et prelatus subdito. Ideo adoratio dulie que talibus exhibetur non est vnus rōis sed pluriū. Adoratio tñ dulie que debet prelato vel rectori quous malo est excellentior q̄ adoratio que debet priuate persone quous bone propter tria. Primo; quia rector vel prelatus gerit vicem dei; fm illud ad Ro. xij. Qui potestati resistit dei ordinatiōi resistit. Secdo; quia princeps vel prelatus est persona publica; ideo in ipso honorat bonitas ecclesie vel reip. que est maior q̄ bonitas singularis persone. Tercio; quia regimē vel prelatio ordinatur ad virtutem sicut causa effectina ad conseruatiuā virtutis. Dignius est autem causam virtutis alijs existere q̄ virtuosum esse; vt dicitur. ix. et bi. Priuata enim persona si non sit actu virtuosa non est proprie honoranda; si autem non sit virtuosa nec actu nec aptitudine; vt damnati tam homines q̄ demones; nullo modo debetur eis honor. Et sicut dulia vt distinguif contra hyperduliam habet grad⁹ specificè distinctos sub se vt dictū est; sic hyperdulia cuius fm Petri de palude tres sunt species. Vna est qua humanitas xpi in se et per se adoratur et propter eam quicquid habet habitudinem ad ipsam inq̄tum bndi; vt mater xpi; crux xpi; et imago xpi. In his enim est vna ratio principalis venerandi; scilicet vnio ad verbum; ex qua dedit ei verbum nomen quod est super omne nomē ut in nomine biesu omne genu flectatur celestium terrestrium et inferorum. Si aut dicit qd humanitati xpi debetur vna hyperdulia ratione qua est vnica; etiam si non hēret in se gloriam anime et corporis quam habet; debetur etiam sibi secunda ratione qua nos redemit et est dñs

nostr et nos serui eius. Tercia rōne sanctitatis incomparabilis potest dici qd quia ad grām vnionis sequunt oia illa; ideo est vna hyperdulia propter vnā principalem honoris rōnem, vel si respectu hominum sit aliqua ratio honorandē; que non est respectu angelorū sicut est redemptio; tñ rōne dñi angeli debent eum honorare; cum sit dñs vniversorū etiā fm humanitates. Secunda species hyperdulie est; fm qd attribuit honor debitus matri xpi propter singularē sanctitatem in se. Et quia etiam sup oēs choros exaltata in aia et corpore; nulli equalis nulli inferior est nisi deo. Tercia spēs hyperdulie videtur esse honor debitus sanctis qui sunt in patria. Constat enim qd aliter honorat sanctus in patria et aliter in via; et cū in ecclesia prohibeat aliquem coli nisi canonizatus eiusdem rōnis videtur esse honor in oibus beatis aiabus et angelis l; maior et minor, nisi quis dicat qd non exhibetur specialis honor parulis baptizatis quous beati credantur; sed solū martyribus et ceteris qui vltra xpi meritū per propria merita sunt eternā gloriā adepti. Cultus ergo quem scriis ecclia exhibet est vna hyperdulia; quia qui minor est in regno celorū maior est Joāne baptista viatore et ascendendo post illā btē virginē; postea hūanitati xpi, quas solam ponunt doctores; nō aut alias duas propter xpi reuerentiam, sed quia alie due differant a dulia debita puro viatori; et quia excellat nemo negat in re; licet nō concordet in voce hyperdulie. Et si queratur quid est ista excellentia; dico qd est perfectio intellectualis nature fm quā efficit honore et adoratiōe digna; vt est excellentia patris dñi virtutis et status ad virtutē p̄tinetis. Et quibus patet primo qd adorationis in genere sunt tres species; scilicet adoratio patrie hyperdulie et simplicis dulie. Patet secundo qd obiectū p se adoratiōis est sola natura intellectualis. Cuius rō est; quia excellentia que est obiectū formale adorationis proprie et per se conuenit nature intellectuali, qd si alicui alteri conueniat; hoc est de per accidens et attributiue vt post patebit. Notandū tñ fm Petri de palude in. iij. di. ix. qd reuereri honorare laudare glorificare et adorare inter se differunt. Reuereri aut nūbil aliud est q̄ habere in animo habitū inclinantem ad aliū; sic vt bona que in ipso sunt reputet magna; et bona sua per comparatiōem ad bona illius parūpendat; vel parua reputet. Honorare aut addit aliquid supra ipm reuereri; tunc enim aliquis dicitur aliū honorare; qñ quod interiorius mente cõcipit exteriorius aliquo iudicio seu signo corporali exprimit. Honor enim est exhibitio reuerentie in testimonio virtutis; vt in libris ethicoz scribit et primo rhetorice; honor est benefactiue operatiōis signū. Partes aut honoris fm p̄m ibidē sunt sacrificia; recordationes in metris et sine metris; templū; antiqua p̄morditas sedis; monumenta; imagines et multa talia. Laudare aut super honorare, addit cõmendationem cum alto vel ad alium. Non enim tunc quis laudat aliquem qñ solus mente concipit et exteriorius signū reuerentie exprimit sine ostendit; qd quando ipsum cum alio cõmendat; vt laudare sit honoratum aliquem cõmendare. fm p̄m tamen honor et laus in duobus differunt. Primo quidem ex parte eorū in quibus consistunt. Nam honor vt patet ex eius partibus p̄morditis cõi

assit tam in dictis q̄ in factis: et vniuersaliter fieri potest per quecumq; signa exteriora non solum vocalia sed etiam realia. propter quod dictum est q̄ partes eius sunt recordationes tam in metris et sic in dictis et vocibus: q̄ sine metris et sic in factis seu operibus. Laus autem solum in verbis et sermonibus attenditur. Est enim laus sermo elucidans magnitudinem virtutis. et sic honor est vniuersalior laude: et per consequens fama et gloria. gloria v̄o addit super laudem vniuersalitatē loci et temporis: vt tūc aliquis glorificare desi dicatur vel hominem: quando ipsum semper et vbiq; cōmendat. vnde dicitur gloria: frequens de aliquo fama cum laude: s̄m Ambrosium de officijs. vel potius vt credo gloria addit super laudem diffusionem cōmendationis: quia non est quecumq; laus sed longe lateq; diffusa. Est enim gloria s̄m Tullium in questionibus Tusculan. solida quedam res et expressa non obumbrata cō sentiens laus bonorū et incorrupta vox iudicantiū de excellenti virtute: que quia rectefactorū plerūq; comes est bonis viris repudianda non est. Honor autem et laus distinguuntur secundo ex parte illorum quibus debentur. Nam licet alicui excellenti bono debeat honor et beneficatio non autem laus: vt p̄t̄ primo ethicorū. c. penult. Laus v̄o debet alicui bono excellenti in ordine t̄i ad excellentius: debetur enim virtuti in ordine ad operationem optimam ad quam ordinatur virtus sicut ad finē: dicente p̄ho vbi prius in s̄. i. ethi. Iustum et vtile et vniuersaliter bonum et virtutem laudamus propter opera et actus. propter quod ibidem concluditur q̄ optimorū non est laus sed aliquid laude melius: sicut honor. Adorare autem est se totum illi subicere propter eminentiam virtutis et sanctitatis. Nihil enim aliud est adorare q̄ totam suam fiduciam in eum qui adoratur ponere. et inde dicitur cultus et seruitus. Cū enim colitur aliquis fiducia in eo tota intentione ponitur: et per seruitutem seipsum subicit et submittit ei cui adoratorūz ipendit: q̄s maxie puenit adoratorū latric.

De obiecto adorationis in se: et q̄tum ad eius partes et species.

O biectum adorationis triplex s̄m doctores assignatur: quoddam formale: quoddam materiale: quoddam v̄o de per accidens. Obiectum formale adorationis est excellentia nature intellectualis. materiale v̄o est suppositum subsistens in tali natura. Illud enim proprie et de per se adoratur q̄s subsistit. Obiectū autē de per accidens est illud in quo non est causa adorationis sed habet habitudinem et ordinem de per accidens ad id q̄s est adorandū de per se. Quō quinq; modis s̄m Petri de palude p̄tingit. significatio. imitatio. continentia. contractio. et descensio siue diriuatio. Significatione quidem adorantur elementa sensibilia in sacris: q̄a significat et sunt signa gratie. et etiam verba sacre scripture: quia sunt signa eorum que circa xpm et deū sunt per se adoranda. Imitatione v̄o adorantur imagines nō inq̄tus sunt res nature: s̄ inq̄tus imagines vel effigies: et hoc dulia vel hypodulia vel latric.

sicut sunt illa quorū sunt imagines vel effigies. continentia v̄o adorantur illa que continent adoranda per se: et sic colūba in qua sp̄s sanctus apparuit et sp̄s sacri eucharistie que continent verū corpus xpi debent per accidens adorari. Contractio adorantur sanctorū vestes et cetera h̄mōi que nō resurgent in resurrectione. crux etiā vera xpi et sepulchrum et quecumq; alia ab ipso contractata adorant de per accidens p̄pter xpm. Descensione vel diriuatio adorant de per accidens quecumq; descendit ab illo q̄s est adorandū de per se per quandam resolutionem q̄s non habet locū in xpo cuius corpus resolutū nō fuit. quia s̄m p̄s: Non dabis sanctū tuū videre corruptōes. sed hoc mō reliquie sc̄torū sunt adorande quia descendit ab his que sunt per se adoranda quous sint in cineres resolute et hoc propter ordinem quem habuerūt ad aiā: qui alicualiter manet q̄dā est ibi descensio s̄m ordinē naturalis resolutionis: quia nō fit q̄s libet ex quolibet: sed determinatū ex determinato primo phys̄i. corpus autēz boīs sic p̄tinue natū est resolutū donec veniat ad elementa. v̄n q̄s ex h̄mano corpore generat aliquid viuū: puta vermis vel aliquid h̄mōi: tale genitū erit ab ordine descensionis et intrat alium ordinē. v̄n nō est amplius adorandū nisi forte p̄ intellectū referēdo ad aiā rōnalem cui in resurrectione eadē materia vniet et hoc si p̄staret tale qd generatū eē de materia q̄ descendit de corpore sc̄ti: alio nullo mō eēt adorandū. v̄n q̄a in forma cinerū nō pōt eē tale dubiū ideo illi cineres firmi sunt adorandi. Et hinc est q̄ aliqui doctores p̄babiliter addunt sextū modū de per accidens quo sc̄z aliquid adoratur naturalitate: et hoc mō p̄t adorari et adorantur mēbra corporis alicuius sc̄ti: puta brachia vel manus vel materia prima q̄ fuit p̄ illius corporis naturalis. v̄n p̄cedit q̄ materia corporis alicui sc̄ti ex̄tis sub forma vermis pōt dupl̄ p̄siderari. Vno mō inq̄tus est de terminata determinatione actuali: et sic non debz adorari aliq̄ mō. Alio mō pōt p̄siderari p̄ relationē ad ipm sc̄tum sub cui⁹ forma fuit. et tunc distinguūt: quia aut querit de adoratioe tam exteriori q̄ interiori: aut de interiori solū. Si primo mō sic dicit q̄ nō debz adorari: ne videat a circumstantib⁹ q̄ adoret v̄mis vel aliq̄s aliud aīal in quo est talis materia. Si secūdo mō sc̄z adoratioe interiori solū: sic dicit q̄ pōt adorari talis materia ex̄tis in verme nō t̄i inq̄tum est informata et terminata actualiter sed p̄ relationē ad sc̄tum cuius talis materia pars fuit et erit in resurrectione. Si autē stet sub forma descensionis sic potest adorari adoratione exteriori et interiori: et hoc modo caro xpi siue sit v̄na siue mortua semp debet adorari: q̄a semp fuit vnita deitati et nunq̄s sepata. Notandū t̄i q̄ sicut aīa vno et eodem motu cognitio vel appetitio fertur in obiectū formale et materiale: in obiectū p̄ se et de per accidens et nō diuersis motib⁹ vt ad experientia patet: quia vbi vnū propter alterū vtrubiq; t̄i vnū s̄m regulā topica: ita vna et eadem adoratioe numero oīno indistincta adoratur subiectū formale et materiale: obiectū de per accidens et de per se: cum adoratio sit actus elicited vel imperatus a libero arbitrio. vnde p̄ regula ḡnali tenendū est q̄ illud q̄s adoratur de per accidens semp adoratur eadē adoratioe qua et illud ad q̄s reducitur. Nūc autē videndū est in speciali de obiecto adorationis q̄tum c. ij.

ad suas partes et species. Et quibus ex prehabitis sit perspicuum et manifestum quid sit obiectum proprium et de se adorationis dulie hyperdulie et latrie: per verba tamen conclusiois dicendum est de obiecto latrie: ut ostendatur quod cruci christi et eius imaginum non repugnat adoratio latrie saltem de se accidens. unde dicimus quod obiectum formale adorationis latrie est excellentia et bonitas diuina in se ut quibusdam placet. vel ut alijs probabilius videtur est bonitas diuina in se et ut re-
lucet in operibus creationis conseruationis iustificationis et redemptionis: ratione cuius quelibet creatura specialiter angelica et singulariter humana tanquam serua obligata et debet deo tanquam summo bono honorem et adorationem latrie in recognitione vultus dei: ut Augustinus. iij. de ciui. differit. Obiectum vero materiale et per se est diuinum suppositum in quo talis excellentia infinita et bonitas imensa: vel ut causa et ratio talis adorationis formalis et de se includitur. obiectum vero cause et de se accidens adorationis latrie est omne illud quod habet ordinem et habitudinem de per accidens ad id quod est per se adorandum adoratione latrie. Ordinem dico altero illorum. v. modorum qui dicti sunt. Unde Durandus quem defensor predicte conclusionis pro defensione sui erroris inducit in. iij. sen. di. ix. hoc idem sentire videtur. Honor inquit latrie vel cuiuscumque alterius reuerentie potest alicui exhiberi dupliciter: scilicet per se et per accidens. Per se exhibetur ei in quo est causa talis honoris. Per accidens autem exhibetur illi in quo non est causa talis honoris sed habet aliquam habitudinem ad id in quo est causa. Sed aduertendum est inquit Durandus quod aliquis potest habere habitudinem ad deum cui per se debetur honor latrie dupliciter. Uno quidem modo quia cedit in idem secundum suppositum: sicut humanitas christi. Alio modo quia non cedit in idem secundum suppositum: sed habet habitudinem extrinsecam ad ipsum: ut mater crucis et imago christi. Ex quo patet secundum Durandum quod aliquid adoratur de se adoratione latrie ut deus. aliquid vero de se accidens: ut ea que habent habitudinem ad deum intrinsecam ut humanitas christi: vel extrinsecam ut crucis et imago.

Quid ecclesia pie sentit et tenet de adoratione crucis et imaginis christi: et de reliquijs et imaginibus sanctorum.

Quod cultus imaginum in veteri lege fuerit prohibitus Exo. xxx. tum propter gentes qui accipientes rursus demonum credebant in eis aliquid diuini in imaginibus esse. tum propter pronitatem Iudaici populi ad idolatriam tunc inter idolatras commorantis. tum etiam quia deus nondum homo factus effigiari non debuit. In nouo tamen testamento verbo incarnato introductus est imaginum cultus et ritus secundum Theophrastum. triplici de causa. Prima ex parte memorie ad frequentem recordationem nostre salutis. Secunda ex parte intellectus ad informationem rudium: qui litteras ignorantibus docentur in imaginibus loco litterarum. Tercia ex parte voluntatis ad maiorem excitationem deuotionis. plus enim mouent visa quam audita. Hic autem ritus et cultus pie creditur a christo primo introductus qui suam imaginem Abagaro regi panno impressam misit: ut Eusebius Cesariensis in ecclesiastica refert historia: et Damascenus libro sententiarum suarum

Secundo ab apostolis familiari instinctu spiritus sancti. unde et beatus Lucas dicitur depinxisse christi imaginem que Rome habetur: et apostolorum tempore sanctis seruatijs imaginem christi crucifixi secum detulisse in sua historia scribit. Tercio ex continuato ritu ecclesie que adorationem imaginum in concilio Romano approbavit et diffinuit. unde Sigibertus in sua historia scribit quod anno. xvi. Leonis imperatoris tercij Gregorius papa. iij. synodo octingentorum trium episcoporum Rome congregata et venerandem sanctarum imaginum confirmat: earumque violatores generali sententia anathematizat. Quod confirmat per id quod scribit de pse. di. iij. c. perlatum. et c. venerabiles. ubi sic dicitur: Venerabiles imagines christiani non deos appellat neque seruiunt eis ut dijs neque spem salutis ponunt in eis neque ab eis expectant futurum iudicium: sed ad memoriam et recordationem primitiuorum venerant et adorant eas: sed non seruiunt eis cultu diuino nec alicui creature. Ex quibus omnibus patet tanquam certum et manifestum quod ecclesia pie tenet et obseruat quod reliquie et sanctorum imagines sunt aliquo modo venerande et adorande. et per argumentum a minori ad maius: crucis et imago christi qui est sanctus sanctorum est veneranda et adoranda.

Quod predicta conclusio in sensu quem facit de rigore sermonis sit scandalosa.

Ex predictis est manifestum: quod negare a cruce et imagine christi adorationem latrie ut prefata conclusio negat est impium et scandalosum. propositio namque scandalosa ut in prima determinatione habetur est propositio auditoribus prebens occasionem ruine: ut sunt omnes propositioes que licet cum modificatione adiuncta sint vere: per se tamen et absolute sine modificatione plate videtur fauere propositioibus hereticalibus vel heresim sapientibus. sed manifestum est quod predicta conclusio in sensu quem de rigore sermonis facit negat a cruce in qua christus pepedit et a sanctissimis et beatissimis imaginibus eius omnem modum adorationis latrie tanquam per se quod per accidens: quod occasione errandi et indeuotionis prebet christifidelibus. Predicta insuper conclusio cum absolute neget adorationem latrie a cruce christi et imaginibus eius fauet errori iudeorum et Agarenorum quod ritum christianorum de adoratione crucis et imaginum damnantes asserunt christianos esse idolatras. Fauet etiam predicta conclusio errori et insanie Leonis tercij imperatoris: quod sarracenorum errore ductus ritum ecclesie de adoratione imaginum quasi idolatrie cultum auferre precipiens a Gregorio. ij. et iij. exco-
municat et anathematizat ut predictum est. sed prefata conclusio in sensu quem de rigore sermonis facit est pia et aurium offensiva et scandalosa. Preterea secundum predictam conclusionem non solum negat adoratio latrie absolute a cruce et imaginibus christi: sed negatur etiam modus quem ponit Theophrastus. Modus autem quem ponit Theophrastus. est modus quem tenet et obseruat ecclesia de conse. di. iij. c. perlatum. et c. venerabiles imagines. Nam Theophrastus. iij. parte. q. xxvi. ar. iij. ubi querit an imago christi sit adoranda adoratione latrie: respondet quod duplex est motus anime in imaginibus: ut prius dicit in libro de memo. et reminiscen. Unus quidem in ipsam imaginem secundum quod res quedam est. Alio modo in imaginem inquam est imago alterius.

Et inter hos duos motus est hec differentia: quia primus motus quo quis mouetur in imaginem ut est res quedam; est alius a motu qui est in rem, secundus autem motus qui est in imaginem secundum quod est imago est unus et idem cum illo qui est in rem. Sic ergo imaginis christi in quantum imago est res quedam; puta lignum sculptum vel pictum; nulla reuerentia exhibetur; quia reuerentia non nisi rationali nature debetur. Relinquitur ergo quod exhibetur ei reuerentia solum in quantum est imago; et sic sequitur quod eadem reuerentia exhibeatur imagini christi et ipsi christo. Cum igitur christus adoratur adoratione patrie consequens est quod eius imago sit adoratione patrie adoranda. Et in solutione ad primum sic dicit: Ipsi autem deo vero cum sit incorporeus nulla imago corporalis potest poni; ut enim Damascenus dicit: Insipientie est et impietatis figurare quod est diuinum; sed quia in nouo testamento deus factus est homo; potest in sui imagine corporali adorari. Ex quibus patet quod modus adorationis que ponit. c. venerabiles imagines. est omnino consimilis modo quem ponit beatus Thomas de adoratione vero crucis articulo. liij. eiusdem. q. sic dicit: Cum creature insensibili non debeat honor vel reuerentia nisi ratione rationalis nature; hoc contingit dupliciter. Uno modo in quantum representat rationalem naturam. Alio modo in quantum ei quocumque modo coniungitur. Primo modo consueverunt homines venerari regis imaginem; secundo modo eius vestimentum. utrumque autem venerantur homines eadem reuerentia qua venerantur et regem. Si ergo loquamur de ipsa cruce in qua christus crucifixus est; utroque modo est a nobis veneranda. Uno quidem modo in quantum representat nobis figuram christi extensam in ea. Alio modo ex contactu ad membra christi; et ex hoc quod eius sanguine est perfusa unde quolibet modo adoratur eadem adoratione cum christo; scilicet adoratione patrie; et per hoc crucem alloquimur et deprecamur quasi ipsum crucifixum. vnde cantat ecclesia: O crux que spes unica hoc passiois tempore; auge preces iustitiam; reisque dona ventam. Si vero loquamur de effigie crucis christi in quacumque alia materia puta lapidis vel ligni auri vel argenti; sic veneramur crucem tantum ut imaginem christi; quam veneramur adoratione patrie. Et infra in solutione ad tertium dicit quod quantum ad rationem contactus membrorum adoramus non solum crucem sed etiam omnia que sunt christi. unde Damascenus dicit. liij. li. sen. Preciosum lignum ut sanctificatum tactu sancti corporis et sanguinis decenter adoramus clauos indumenta lanceam et sacra eius tabernacula que sunt presepelica et hmoi. vnde quia ista non representant imaginem christi sicut crux que dicitur signum filii hominis quod apparebit in celo ut dicitur Math. xxij. Unde est quod crucem christi veneramur in quacumque materia; non autem imaginem clauorum vel quocumque hmoi. Hec Thomas. qui luce clarius concordat cum ritu quem tenet et obseruat ecclesia de adoratione imaginum et reliquiarum sanctorum Si dicatur quod non est ab ecclesia determinatum nec ex ritu ecclesie conuincitur quod crux christi et sanctorum imagines adoremur adoratione patrie tanquam terminus adorationis; ut Thomas. videtur sentire in locis preallegatis; imo ex. c. perlatum. et. c. venerabiles imagines concludit oppositum; nam in fine. c. venerabiles imagines dicitur

quod christiani non seruiunt imaginibus cultu diuino nec alicui creature. vbi glossator inducens argumentum ex. c. perlatum. dicit: quod aliud est adorare patriam quod in. c. perlatum; prohibetur; aliud dulia quod in. c. venerabiles imagines permittitur. unde patet quod adoratio patrie nullo modo debetur cruci terminatiue nec christi imagini. Respondetur quod ex. c. venerabiles imagines; expresse habetur quod imagines sanctorum sunt venerande et adorande et a fortiori imago christi et crux precioso christi sanguine perfusa. modo constat quod talia non sunt adoranda per se et secundum se; ut predicta capitula intelliguntur cum sint inanimata. relinquitur ergo quod sunt adoranda per aliud; id est in memoria et recordationem primitiuorum; ut canon et Thomas in locis preallegatis dicunt. ergo ex determinatione et ritu ecclesie conuincitur quod crux christi et sanctorum imagines sunt venerande et adorande ut terminus adorationis aliquo modo saltem de per accidens et per aliud Preterea christiani venerantur et adorant imagines ad memoriam et recordationem primitiuorum; ut dicit. c. venerabiles imagines. sed contradictionem implicat adorare imaginem ad memoriam et recordationem rei imagnate quin imago aliquo modo terminatiue adoret: cum res memorata et recordata in se non sit presens sed in sua imagine. ergo idem quod prius. Preterea implicat contradictionem adorare christum crucifixum et non adorare crucem aliquo modo terminatiue; cum in conceptu crucifixi includatur vel per se vel per accidens conceptus crucis. sed adorare crucem nihil aliud est secundum Thomas. et veritate que adorare crucifixum. ergo crux et imago christi aliquo modo adorantur terminatiue. Preterea adorans imaginem christi et crucem non obligatur habere proprium conceptum et explicitum christi alium a conceptu crucis et imaginis ut imago est; sed sufficit habere in habitu et implicite; alii simplices qui nesciunt resoluerent conceptus compositos in conceptus simplices et explicitos non adorarent christum; sed essent idolatre adorantes imagines in se et per se; quod est impium. nec est probabile in adoratione crucis vel imaginis christi vel cuiuscumque sancti ponere talem et tam longum discursum rationis qualis ponitur a defensore predictae conclusionis; sed sufficit quod in adoratione rei absentis et in se non presentis adoretur id quod supplet vice eius; siue sit imago siue quodcumque aliud quod rem per se adorandam representat; dum intentio adorantis feratur in rem priuam et principaliter ut Damascenus dicit. et per omnes imago christi et cuiuscumque alterius sancti est adoranda ut terminus de per accidens adorationis. Si dicatur quod licet christus sit adorandus adoratione patrie in imagine et in cruce ut rationes efficaciter probant; ex hoc tamen non conuincitur quod imago christi vel crux aliquo modo sit in se adoranda per se vel per accidens terminatiue adoratione patrie. Et in hoc sensu prefata conclusio cum Durando et Holcbot et pluribus aliis doctoribus sollemnibus negat ab imagine et cruce christi adorationem patrie Hec euasio non saluat conclusionem; quia sicut non est intelligibile quod aliquid cognoscatur in alio obiectiue et utrumque non cognoscatur eadem cognitiue; ita non est intelligibile quod aliquid quod non est in se presens adoretur in aliquo et quod utrumque non adoretur vna et eadem adoratione terminatiue. Preterea

adorare aliquid in imagine vel ad presentiam imaginis: ut prenotati doctores dicunt non sufficit ad adorationem imaginis xpi et crucis quam tenet ecclesia nisi imago aliquo modo terminative in se adoretur: quia cum flectimus genua ante imaginem vel ante crucem: non potest dici quod adoremus crucifixum et despicimus crucez sicut idolum. nec potest dici quod adoramus crucifixum in cruce vel ad presentiam crucis. ipsam autem crucem nullo modo adoremus vel honoremus quia ipsam crucem in se osculamur venerando: et auro et argento ac lapidibus preciosis ornantes eam honoremus: sed propter crucifixum: et eodem honore numero quo crucifixum. Et quis imago ut imago differat ab exemplari: et per hoc non sit adoranda pro se sicut exemplar: eodem tamen actu intelligitur et eadem adoratione numero adoratur. deus quidem propter se: et imago dei propter deum. sicut eadem charitate deus propter se diligitur: et proximus propter deum. Preterea cum deus sit in omni re per essentialiam presentiam et potentiam: in omni re de mundo potest adorari et venerari secundum predictam opinionem. si ergo imago dei vel crux non adoratur sed tamen deus in ea vel ad presentiam eius. ergo non plus adoratur imago vel crux xpi quam lapis vel vermis: cum tamen reputaret idolatra qui lapidez vel lignum non habentia xpi imaginem ita honoraret: sicut imaginem crucifixi lapideam vel ligneam: vel qui sic adoraret aurum vel argentum sicut crucem auream vel argenteam. Item creatura rationalis est imago dei in qua modo reali est deus: sicut in sancto per gratiam amplius quam sit in imagine ubi non est nisi sicut in signo. si ergo non adoratur imago xpi sed deus in ea existens sicut in signo. ergo omnis homo sanctus et singulariter mater xpi est magis adorandus ubi est magis deus quam sicut in signo: quod tamen non facit ecclesia. videtur ergo secundum communem ritum et consuetudinem ecclesie quod imaginibus adoratio latrice exhibeat in se terminative licet non propter se: sed propter deum. et per consequens prefata conclusio que simpliciter negat a cruce et xpi imagine adorationem latrice est scandalosa et plane aurium offensiva contra ritum ecclesie.

**Quarta Conclusio Apologetica Joannis
Bici Birandiani Concordie Comitis**

Non assentior communi sententie theologorum dicentium posse deum quamlibet naturam suppositare sed de rationali tantum hoc concedo.

Determinatio magistralis.

Et conclusio ex vi sermonis videtur derogare divine omnipotentie et per hoc heresim sapere. Et quis defensor predictae conclusionis in sua declaratione multa subtiliter dicat super verbo assentiri: distinguendo assensum in particularem et explicitum: universalem et implicitum. Dicimus tamen quod predicta distinctio nullo modo facit ad propositam conclusionem: quia certum et manifestum est quod apud doctores non vertitur in dubium an quis teneat habere assensum

in particulari et explicito huius propositionis: deus potest assumere quilibet naturam sed si opinio quam defensor predictae conclusionis tenet sapiat errorem vel heresim et propria opinio cui non assentiri sit vera et catholica vel e converso. Et cum fateatur per conclusionem quod ipse non teneat primam opinionem que est contra omnium theologorum teneat autem secundam que reputatur derogare omnipotentie dei: rationabiliter videtur mihi et pluribus alijs doctissimis viris prefatam conclusionem de virtute sermonis derogare omnipotentie dei et per hoc sapere heresim. Ad quod magis declarandum et confirmandum premitendum est primum quid doctores theologici contra tenent de suppositione irrationalis nature quo ad dei potentiam. Deinde quid Henricus Sandensis de hac conclusione sentiat adiungetur: et ostendetur quod defensor predictae conclusionis mentem Henrici in hac questione non agnovit. Postremo ponentur tertio solutiones ad fundamenta et motiva opinionis Henrici. Postremo probabitur multiplex predictam conclusionem de rigore sermonis derogare omnipotentie dei et per hoc heresim sapere.

**Quid doctores theologici communiter tenent de
suppositione nature irrationalis quo ad potentiam dei.**

Omnes fere theologici qui de hac materia scripserunt concorditer tenent et sentiunt quod deus de potentia absoluta potest assumere naturam lapidis: aut quamlibet aliam naturam irrationalem. de potentia tamen ordinata non deest quod assumere nisi natura tamen rationalis non quaecumque sed humana. Alii tamen Theologorum primus auctor huius opinionis asserit in. iij. sen. et ultima parte summe hoc tenet et scribit. Assumptibile inquit dicitur quod potest assumi. Cum autem dicitur hec creatura potest assumi: non signat aliqua potentia creature: quia sola potentia infinita hoc facere potuit ut in infinita distantia iungerentur in unitate persone. Similiter etiam non signat potentia passiva naturalis creature: quia nulla potentia naturalis est passiva in natura cui non corripdeat potentia activa alicuius naturalis agentis. unde relinquitur quod dicat in creatura sola potentia obedientie secundum quam de creatura potest fieri quicquid deus vult: sicut ex ligno potest fieri vitulum deo operante. Hec autem potentia obedientie corripdet divine potentie: secundum quod dicitur quod ex creatura potest fieri quod deus ex ea facere potest. Sed potentia dei dupliciter consideratur: vel ut absoluta: vel ut ordinata. Loquendo autem de potentia dei absoluta deus potest assumere quancumque creaturam vult. unde secundum hoc non est una creatura magis assumptibilis quam alia. loquendo autem de potentia dei ordinata illam creaturam assumere potest quam congruit eum assumere ex ordine sue sapientie. unde illa creatura dicitur assumptibilis in qua homini congruitas inveniatur. Inveniatur autem in natura humana congruitas pro alijs quantum ad tria que in assumptioe requiruntur. Primo quantum ad similitudinem visibiliu. in humana enim natura inveniatur expressior similitudo divina quam in aliqua creatura irrationali: quia homo secundum quod habet mentes factus ad imaginem dei dicitur cum in creaturis irrationalibus non nisi similitudo vestigi inveniatur: et etiam quantum ad quedam est in ea similitudo magis quam in natura angelica. Secundo quantum ad terminum assumptiois: terminatur enim assumptio ad unitatem persone

personalitas autem non inuenitur in naturis irrationalibus: cum persona sit rationalis nature individua substantia: ut dicit Boetius. In angelis vero est quedam persona sed non secundum originem distincta: cum unus angelus ex alio non trahat originem. In humana vero natura est persona distincta etiam secundum originem et ideo convenientissime natura humana in unitatem diuine persone assumitur que distinguitur secundum relationem originis. Tertio est ad finem assumptionis si enim perfectio uniuersi dicatur finis assumptionis precipuus ut quidam dicunt nulla natura particularis assumi potuisset per quam uniuersum perfici possit sicut per assumptionem nature humane. Tum quia in homine omnes creature quodammodo consunt qui cum omnibus creaturis aliquid commune habet ut dicit Gregorius, unde homine uniuerso quodammodo omnis creatura unita est. Si vero finis assumptionis ponatur liberatio a peccato: sic etiam sola humana natura congrue assumi potuit: quia in irrationali creatura peccatum non erat: in angelica vero erat peccatum sed irremediabile: in homine vero erat remediabile, et ideo sola humana naturam congruum fuit assumere: et sic ea reparata creatura irrationalis que propter eius peccatum dicitur deteriorata secundum quod in usum hominis cedit restaurata est. Hec Thomas: cui omnes theologi antiqui et moderni in predicta conclusione consentiunt paucis exceptis.

Rationes fundamentales probantes quod deus potest quamlibet naturam supponere de potentia absoluta.

Pro supradicta opinione communi a doctoribus modernis tres rationes adducuntur fundamentales: quarum prima hec est. Ubique est equalis potentia ex parte agentis: et equalis potentia obedientie ex parte passibilitatis potest sequi conformis effectus, sed diuina potentia equaliter se habet ad operandum in lapide et in humana natura: et natura lapidis est in potentia obedientiis sicut natura humana, ergo sicut uniuersum sibi naturam humanam ita posset uniuersum sibi hypostatice naturam lapidis. Confirmatur ista ratio secundum Durandum: quia si deus non posset assumere creaturam irrationalem hoc esset vel ex defectu diuine potentie non potentis terminare dependentiam talis nature: aut ex parte nature non potentis carere propria subsistentia sui esse. Primum non potest dici propter infinitatem diuine perfectionis in qua est ratio subsistentie cuiuscunque suppositi. Nec secundum similiter: quia quelibet creatura potest carere propria subsistentia et specialiter creatura irrationalis: quia si ea que sunt perfectionis possunt separari a creatura rationali que est perfectior: fortiori ratione possunt separari a creatura irrationali que est imperfectior, subsistere autem in se et in proprio supposito est perfectio: et tamen potest separari a creatura rationali: ut fides catholica tenet de humanitate assumpta, ergo per argumentum a maiori ad minus potest separari a creatura irrationali: quo facto necessarium esset quod existeret in alio supposito non creato: quia suppositum creatum non potest supponere secundum communem opinionem nisi propriam naturam, ergo sup

positabitur in supposito increato. Secundo confirmatur precedens ratio secundum Scotum: quia natura intellectualis est assumptibilis quia non habet in se entitatem positiuam repugnantem isti dependentie speciali ad uerbum: siue conuocationi eius uerbo diuino: ut natura conuocatur supposito, quicquid autem est conuocabile sic: est assumptibile. Et quod non habet unde repugnet sibi talis conuocatio: non habet unde repugnet sibi dependere et assumi a uerbo, sed natura non intellectualis non habet perfectiorem rationem suppositi quam natura intellectualis, igitur et natura non intellectualis non habet aliquam entitatem positiuam per quam repugnet sibi dependere dependentia illa predicta, igitur et ipsa ex parte sui est assumptibilis: et uerbum uidetur ex parte sua istam dependentiam per se terminare: cum sit independens in ratione suppositi: et ita potest terminare dependentiam hypostatice nature irrationalis. Ad istam rationem respondet Henricus in quadam questione de quodlibet: quod uerum est quod plenitudo totius esse est in deo: et omnis ratio substantificandi et suppositandi quilibet naturam plenissime in eo reperitur, sed hec non est totalis causa assumptibilitatis alicuius nature: sed est concausa, nisi enim id esset assumens non posset assumere, sed ultra hoc aliquid requiritur ex parte assumptibilis per quod sit assumptibile: et hoc est ratio imaginis et finaliter aptitudo supernaturalis eleuationis ad beatificam operationem: que cum in sola natura intellectuali reperitur ueniens uidetur quod ipsa sola sit assumptibilis: cum uideatur rationabile quod natura que non potest eleuari ad actum secundum non possit etiam eleuari ad actum primum. Hec responsio non soluit rationem sed deficit in tribus. Primo quidem in hoc quod dicitur quod ratio imaginis preerigitur ex parte assumptibilis, quod enim conuenit homini non secundum id precise quo distinguitur a bruto potest conuenire bruto: sicut vegetari sentire et homini, sed homini conuenit assumptibile non solum secundum id quo distinguitur a bruto: sed etiam secundum id quo conuenit cum bruto, homo enim non distinguitur a bruto nisi in quantum est imago dei: est autem assumptus non solum secundum illam partem que est imago dei: imo etiam secundum alias partes: quia illa que competunt homini precise secundum id quod est imago: puta deum uidere et amare: non competunt ei secundum corpus nec mediate nec immediate. Similiter si precise sibi competet uniri secundum quod est imago cum homo se toto non sit imago non posset uniri aliquo modo deo: nisi secundum mentem in qua sola reperitur imago. Confirmatur ista ratio: quia secundum Augustinum in epistola ad Volusianum: In rebus mirabiliter factis tota ratio facti est potentia facientis. Assumptio autem nature ad unitatem suppositi diuini inter opera miraculosa computatur, ergo secundum regulam beati Augustini, solus deus est totalis causa assumptionis, et per consequens ratio imaginis non debet poni concausa. Secundo deficit predicta responsio in hoc quod dicitur quod aptitudo supernaturalis eleuationis ad beatificam operationem requiritur finaliter ex parte assumptibilis: quia talis finis non est finis ex natura rei assumptionis: sed mere libere dependet a uoluntate diuina ordinante assumptionem talis nature ad talem finem: et per consequens potest deus non ordinare ad illum finem sed ad alium: sed ad operationem naturalem nature assumptae, et per consequens talis aptitudo non requiritur finaliter in tali assumptione.

Elevatio preterea ad beatificam operationem, et si sit finis assumptionis de facto non est tamen finis assumptionis de possibili; nec in natura rationali; et si deus libere causat actum beatificum; nec in natura irrationali que non est capax talis elevationis supernaturalis. Tercio deficit predicta ratio in hoc quod dicitur quod rationale est quod natura que non potest elevari ad actum secundum non potest elevari ad actum primum; quia quando fundamentum elevationis ad actum primum est eodem et generalius quam fundamentum elevationis ad actum secundum; intelligendo per actum secundum operationem intellectus et voluntatis; non est simpliciter necessarium nec rationale; quod natura que non potest elevari ad actum secundum non possit elevari ad actum primum. Omnis autem natura nata constituere proprium suppositum potest esse fundamentum elevationis ad actum primum; qui est subsistere in supposito divino, sola autem natura intellectualis potest esse fundamentum elevationis ad actum secundum qui est operatio beatifica, ergo non est rationale quod natura que non potest elevari ad actum secundum non possit elevari ad actum primum sed ratio peccat per fallaciam accidentis. Secunda ratio principalis pro opinione communi talis est; quia si creatura irrationalis esset inassumptibilis tunc separata anima a corpore christi fuisset separata deitas ab eodem; quia corpus christi sine anima est irrationalis natura, prout est falsum et hereticum, ergo et antecedens. Quod autem prout sit falsum et hereticum patet; quia fides catholica ponit filium dei fuisse in sepulchro in triduo mortis, hoc autem non intelligitur secundum deitatem secundum quam est ubique; quia eodem modo pater et spiritus sanctus fuerit in sepulchro, ergo intelligitur secundum naturam assumptam per concarnationem idiomatum; non secundum animam; quia secundum illam descendit ad infernum, ergo secundum corpus; quod non esset si divinitas esset separata a corpore. Ad hanc rationem respondet Henricus ibidem; quod dato quod suppositum divinum remansit unitum cum corpore anima separata; non propter hoc potest dici quod creatura irrationalis sit assumptibilis; quia tale corpus non erat simplex natura irrationalis sed rationale aliquo modo per participationem scilicet in quantum natum erat anime reuniri. Sed istud non valet; quia corpus christi mortuum; aut erat corpus per aliquam formam que non remansit anima adveniente in reunionem; vel que mansit simul cum anima. Si primo modo tunc tale corpus non erat reunibile anime nisi sui corruptione; hoc est corrupta forma per quam erat corpus. Hoc autem modo quodlibet corpus concarnans cum homine in materia est unibile anime; vel per multa media et opere nature; vel per virtutem divinam immediate. Si ergo propter hoc dicitur corpus rationale per participationem et per prout unibile supposito divino; quia sui corruptione potest uniri anime; tunc quodlibet corpus generabile et corruptibile est unibile supposito divino; quia est rationale in potentia et per participationem. Item illa forma que corrumpitur nunquam anime unitur neque est unibilis; sed talis forma est homini; et tamen de novo fuit unita verbo, ergo cum ipsa sit pure irrationalis natura pure irrationalis potest uniri verbo et assumi ab eo. Si vero corpus christi mortuum erat; corpus per aliquam formam que mansit adveniente anima; sicut quidam ponunt preter animam formam corporeitatis, adhuc sequitur quod tale corpus

erat nature pure irrationalis; quia secundum naturam tale corpus non est reunibile anime nisi sui corruptione et per multa media, ergo secundum naturam suam non est rationale per participationem. Quod si divina virtute esset reunibile; eodem modo posset anime uniri quodcumque corpus in quo esset sola forma corporeitatis; puta corpus lapidis effigiatum ad modum corporis humani vel quodcumque aliud simile et tamen talia sunt nature penitus irrationalis. Confirmat ista ratio; quia causa et effectus proportionabiliter se consequuntur in esse; ut scribitur in physicis; ita quod causa in actu arguit effectum in actu; et in potentia effectum in potentia, neque est effectus actu si causa precise sit in potentia et aptitudine; sicut non potest esse coloratum vel figuratum actu quod est quantum solum in potentia; ut materia prima si per se existeret, si ergo corpus christi non erat assumptibile nisi in quantum rationale; sequitur quod actu non erat assumptum quoniam actu non participabat rationem; quod est falsum et hereticum; quia in triduo mortis secundum fidem erat unitum divino supposito; quoniam actu non participabat animam rationalem. Patet ergo quod quantum est de potentia absoluta deus potest assumere naturam irrationalem. Tercia ratio principalis pro opinione Henrici est; quia causa assumptibilitatis aut est tota ex parte nature assumpte, et hoc non; quia tunc natura humana posset assumi a quocumque; et sic Antichristus a Lucifero; aut ex parte assumptis tamen; et tunc indifferenter posset quancumque naturam assumere; quod est propositum, aut utriusque; quia scilicet solus deus potest assumere; et sola natura rationalis potest assumi, et hoc non; quia nulla natura potest assumi a deo; nisi quia deus potest ei concarnare suum esse et illa recipere. Recipere autem a deo esse non est proprium creature rationali; imo eque convenit irrationali, ergo idem quod prout. Respondetur ad hanc rationem ex dictis Henrici quod licet recipere a deo esse per illapsionem sit commune omni creature; tamen recipere esse nobile per circumcessionem potest convenire creature nobili non autem ignobili. Hec evasio nulla est; quia licet deus non communicet esse suum alicui creature formaliter; cuiuslibet tamen creature suppositabili in se potest concarnare suum esse suppositaliter, quoniam enim deus substantificat naturam rationalem non facit hoc seipso formaliter quasi sit forma eius; sed effectivum et terminativum; in quantum virtute continet perfectioem essendi ipsius nature, unde quia suppositum divinum virtualiter continet suppositum humanum propter hoc non propter aliud potest substantificare in se humanitates; quia humanitas nunquam substantificat nisi in supposito humano quod ipsa constituit, vel in supposito continente virtutes illius suppositi et potentis sine eo quod potest cum eo sicut dicimus deum non aliunde sustentare accidens sine subiecto; nisi quia habeat in se omnem virtutem subiecti, cum ergo equaliter deus contineat in se virtutes suppositi irrationalis; et rationalis equaliter quantum est ex parte sua potest sustentare utramque naturam. Videtur etiam quod ex parte assumpti magis sit sustentabilis alieno supposito natura irrationalis quam rationalis; quia in spiritualibus nunquam videmus per naturam quod suppositum completum uniat alteri in supposito uno constituto; nisi anima corpori que tamen non est suppositum completum; quod in corporalibus videmus. Nam cibus assumptus a cibato in unitate suppositi, due insuper aque distincte sine ipsa corruptione si coniungantur sicut unum suppositum ex duobus suppositis quorum unum sustentat alterum

Similiter in ramo trunco et ferro fit unū ex duobus suppositis: quorum unū sustentat alterū: et alterū sustentat: quod nunquā contingūt in angelis. Et videt quod natura irrationalis quāvis est de se magis sit vnibilis alteri in supposito quā nā rōnalis

Quid sentiat Henricus de Sandauro de assumptibilitate nature irrationalis a supposito diuino.

q. Vanis opinio cōis oīum theologoz teneat vt dictum est deū posse quālibz naturā suppositare: doctor tñ solēnis Henricus Sandensis in quadā questōe de quodlibet videt opinari contrariū. Cuius verba in forma sunt hec: Positio cōmuniō: et solēniō: cui quōvis aliquantulum assentire cōsueui dicit quod quelibet natura subsistēs in creaturis potest assumi. et istū tenent quod aliqua natura sit eleuabilis cui cōsūdens potentia non sit eleuabilis: quod mihi nō videt posse rōnabiliter poni. Ad cuius intellectū est aduertē dū: quod deus dupliciter habet eē in creaturis. Vno modo naturaliter et modo congruenti nature. Alio modo voluntarie et modo supgredienti limites nature. Primo modo habet esse p illapsū in omni natura et creatura. Secūdo modo habet esse solūmodo in natura assumpta per circūincessiōez. Et h̄ p illapsū deus sit intimus omni creature et intimior quā ipsa sibi: aut forma materie p circūincessiōem: tñ sit intimissimus oī creature assumpte et intimior quā insit alicui nature per solū illapsū. Per intimatōem enim circūincessiōis nature assumpte: assumens vnū ineffabiliter et incōprehensibiliter nature assumpte: quia necesse est naturā assumptā amittere propriū esse subsistentie: si quod ante assumptiōem in ea fuit: vel si nunquā ipm habuit subintrare esse subsistentie nature ad quā assumit: vt sit idem suppositū subsistens in duplici natura. vtracque enim illaz naturaz in vnione eaz retinet suū propriū eē essentie: per illapsū autē deus intimat omni creature naturalē et modo congruenti ad duo: scz ad actū nature primū quod est esse stabiendū vt persistat: et ad actū nature secundū quod est opari producendū vt existat. sine enim illo illapsu non pōt creatura in esse persistere neqz propriā opatiōem elicere: quia p illapsū deus creaturā in esse conseruat et coopando oēm suā actiōem sine opatiōez illi ministrat. dicēte Gregorio. li. xvi. moraliz super id Job. xxiij. Ipse solus est: nunquid sunt angeli et hoies celū et terra: vtiqz. Sed aliud est esse scz absolute: et aliud principaliē eē. sunt enim hec sed principalit̄ nō sunt: quia in semetipsis nō subsistunt ex quo creata sunt cuncta quippe ex nihilo facta sunt: eozūqz essentia rursū ad nihilū tenderet nisi eā auctoz regiminis manuteneret. Ecce primū dictoz et sequitur de secūdo et simul per se neqz subsistere valerent neqz moueri: intm̄ subsistunt in quātum vt esse debeant acceperunt: intm̄ mouent in quātum occulto instinctu disponunt. arefcit terra. pcutit mare. ignescit aer. obtenebrefcit celū. mardescit hoies. mouent angelice virtutes: nā hec suis instinctiōibus et non magis diuinis impulsōibus agitat. p circūincessiōem vō deus intimat soli nature quā voluntarie assumit: h̄ modo supnaturali. et hoc similiter ad duo: scz

ad sublimandū naturā ad actū primū q est esse subsistentie diuini suppositi: et potentia ad actū scz secundū q est operari actū beatificū intelligēdi et volendū sine dicta eniz circūincessiōe nō posset natura in esse diuine subsistentie sublimari: neqz differentia opationū picipere videndo scz et amādo diuinā essentia modo congruenti creature. h̄ p circūincessiōem deus naturam assumptā ad diuinū esse subsistentie subleuat et ad opatiōem diuinā pmouet dicēte Damasceno li. xiiij. c. xvi. Caro dñi deificata dicit eē. et ideo p diuinali nō fm trāsmutatiōez nature h̄ fm dispensatiōem vnionis: fm quā indiuisibilē deo verbo vnita est caro: p eā que innicē naturaz circūincessiōem: et ita diuina caro diuinis actiōibus deificata est pp sincerissimā ad verbū vniciōem: sumit ibi carnē p tota būana natura. Et bis arguo sic: Sicut se habz de⁹ in oī creatura ad illapsū naturalē ad duas actiōes nature: sic per circūincessiōem se habz ad duas actiōes p̄dictas supgredientes limites nature: vt iā p̄ ex dictis Damasceni. nec pōt negari sile quo ad aliqd: quia sicut illapsus in quātum natus est opari in eo cui deus illabi dicta duo: sic circūincessiō nata est quātum est ex se semp opari illa duo. h̄ nulla creatura est susceptibilis neqz pōt eē susceptibilis illapsus dei ad suscipiendū in se modo congruenti nature primā dei opatiōez p̄dictā: quoniam etiā sit susceptibilis in se opatiōis secunde: quia nulla creatura pōt eē p substantiā cui nō possit puenire aliqua opatio per potentia: quia fm p̄m in fine quarti metbauroz: Dīa ope determinant et sunt pp suas opatiōes: et tā diu sunt quā diu pnt agere suas pprias opatiōes: et cū desinūt posse operari suas pprias opatiōes tñc simul desinūt esse. Et enim dicit Damascenus ibidē. c. xvij. Intellectus insipiens et p̄uatus cognitiōe non vtiqz erit vnū. Si enim inopabilis et imobilis est: inexistentis omnino est. per hoc apte insinuans quod si non posset eleuari pp intelligere: nō esset assumptibilis ipsa suba intellectus: neqz ipse homo: quia neqz esset homo fm quod p̄mittit ibidē. quā autē rōnabile intellectuale alā homo: qualiter ergo homo factus est deus si carnem inanimatā vel animam anoin: id est sine intellectu assumpsisset: nō hoc enim homo. ergo similiter nulla creature natura est susceptibilis aut possit esse susceptibilis circūincessiōis dei ad suscipiendū in se supra limites nature primā dei opatiōem p̄dictā: quoniam etiā sit susceptibilis in se opatiōis secunde. secunde autē nō est susceptibilis nisi p potētiās intellectus et volūtatis. h̄ et. Idcirco h̄ argumentatio Aug⁹. tacta in prima rōne nō tenet de forma: tñ nō fallit in aliqua materia quoniam sequatur si natura ista puta hoies est eleuabilis fm essentia quin sit necessario simul eleuabilis fm potentia: et si nō fm potentia neqz fm essentia quēadmodū sequitur: si aīa Sortis est immortalis: et cuiusqz hoies aīa est immortalis. et si non cuiuslibz: neqz Sortis: quia eadē rō immortalitatis vel mortalitatis est in oibus. et ideo talis argumētatio rōne materie talis bñ tenet ac si teneret fm formā argumētī: quod reuera tenet virtute forme habēdo scz respectū ad cōm rōem que puenit alicui nature: puta immortalitas aīe: illa. n. eadē est in oī aīa. Videam⁹ quod de possibilitate et impossibilitate hui⁹ assumptiōis: et ex pte qdēz dei vt dixim⁹ nō est dubitatio. h̄ quia nobis icognita est ex pte susceptibilis: idcirco nobis est d. ij.

est difficilis intellectus veritatis in dicta questione. Propterea hic est alia positio a predicta licet minus solennis: quia tamen magis applicabilis est animo licet non videatur ita vera propter incōsuetudinē: tamen forte verior est: quod scilicet nulla natura susceptibilis a deo sit dicto modo per circūcessionem; nisi natura intellectualis magis mihi placet. **Hec Henricus.** Pro ista opinione arguitur ab alijs dupliciter. Primo sic. Cui non potest concitari minus; nec maius, sed minus est videre deum et frui deo quam assumi in unitatem suppositi vel persone diuine; ut patet per Augustinum super illud Iohannis I. Verbum caro factum est, ubi dicit quod quia euangelista premiserat quod dedit eis potestatem filios dei fieri; ne homo miraretur et discredere; subiunxit quasi manus; et verbum caro factum est. Et hoc idem dicit, xv. de trinitate. Ne ista inquit hominum quam videmus et gestamus infirmitas tantam excellentiam desperaret filios scilicet dei fieri; illico annexum est; verbum caro factum est; ut a contrario suaderetur quod incredibile videbatur. Ex quo videtur quod maius est naturam eleuari ad unitatem suppositi diuini; quam potentiam eleuari ad visionem dei et fructum. Secundo sic: Si aliqua creatura posset assumi cuius potentia non potest eleuari; a fortiori ratione possit assumi creatura eleuabilis sine hoc quod actu eleuaretur; quod est falsum; quia si natura rationalis posset assumi non eleuatis suis potentibus; cum sic manens sit peccabilis; sequeretur quod natura assumens talem naturam posset peccare et per consequens damnari; quod est incōueniens; et multis videtur impossibile. Notandum tamen quod aliqui doctores volentes saluare Henricum ab errore et heresi dicunt quod Henricus non intendit negare simpliciter et absolute deum posse quamlibet naturam tam rationalem quam irrationalem assumere; sed intentio Henrici est quod per circūcessionem deus non potest assumere nisi rationalem naturam tamen; ut patet per verba eius in fine corporis questionis. Circūcessio enim secundum Henricum importat intimam participationem diuine nature ad naturam assumptam secundum gratiam unionis et beatificam fructum. Et secundum hunc modum certum est quod implicat contradictionem deum posse assumere per circūcessionem naturam irrationalem; hanc rationalem tamen, et ideo defensor conclusionis debebat exprimere modum illum scilicet per circūcessionem; aliter non potest excusare nec saluare conclusionem quin sapiat heresim et derogare omnipotentie dei; ut post patebit.

Solutio ad rationes et fundamenta opinionis Henrici Sandensis secundum veram et communem opinionem.

¶ Considerentur fundamenta et motiua opinionis contra de assumptibilitate nature irrationalis; non est difficile soluere fundamenta et rationes opinionis Henrici. Natura, n. humana potest dupliciter eleuari supernaturaliter et conformiter eius potentia. Est enim eleuatio nature supernaturalis vno modo quantum ad esse supnaturale personale per gratiam unionis. Alio modo quantum ad esse spirituale per donum gratie habitualis. Prima quidem potest conuenire cuilibet creature in quantum quilibet creatura est in potentia obedienti ad deum ut dictum est, et hoc loquendo de natura in se suppositibili. Secunda vero eleuatio non conuenit nisi rationali creature que sola capax est gratie habitualis, secundum autem istas eleuationes deus diuersimode vnus nature create

Prima eleuatio secundum Damascenum videtur dici secundum circūcessionem; que licet sit spiritualis ratione termini; est tamen aliquo modo naturalis secundum quod esse naturale distinguitur ab esse spirituali; quia ad esse scilicet personale licet supnaturale terminatur. Secunda autem eleuatio est secundum gratuitam inhabitacionem; et hec etiam est supnaturalis sed spiritualis, de qua, I. ad Corinthios, vi. Qui adheret deo vnus spiritus est cum eo. et Iohannis, xvij. Sicut tu pater in me et ego in te et ut ipsi vnus in nobis sint; scilicet fide et charitate, et sic ista duplex eleuatio est secundum duplicem vnionem supnaturalem. Est autem tertia vnio que dicitur per illapsam generalem secundum quam deus est in rebus per essentiam presentiam et potentiam. Et licet ista vnio necessario supponatur a predictis duabus; et ab alijs necessario includatur; quia sine ista res omnino non esset; quia non ens nullius est capax; tamen alie sunt omnino disparte et alterius rationis in se; nec vna aliam necessario includit vel supponit; ut falso imaginatur Henricus, vnde quia secundum primam vnionem non efficitur aliquid in natura assumpta per quod facere possit operationes proprias alterius rationis scilicet gratiosas vel gloriosas vel homini ad quod requiritur aliqua dispositio formalis; quia natura diuina in cuius supposito subsistit; neque est forma nature assumptae; neque ratio huius vnionis aliquid formaliter perficiens effluit in natura assumpta; quia precise terminatur ad esse naturale. ideo ex hac vnione hoc solum consequitur natura assumpta quod ille eodem operationes sibi secundum naturam conuenientes que solum essent talis nature determinate puta hominis si secundum se subsistat modo sunt operationes etiam dei; et ipse homo etiam operatur operationes diuinas secundum concitacionem idiomatum secundum quam homo est deus et deus est homo; et deus videtur comedit, patitur, et homo creat, et resuscitat mortuos. Hoc etiam videtur Damascenus velle cum dicit homini vnionem esse secundum circūcessionem naturarum; que nihil aliud est quam concitacio idiomatum vtriusque nature. Natura enim diuina concitat sua idiomata nature humane creature sumptae; et e converso natura humana concitat sua idiomata nature diuine creature sumptae. Et quis propter apprehendens naturam vtriusque sit agens supnaturale ratione persone agentis; ex hoc tamen non habet quod secundum naturam humanam conueniat ei actioes et operationes nisi pure naturales; scilicet comedere et intelligere et homini; sicut alijs hominibus conueniunt quantum ad ipsam propriam rationem operationis ut secundum se considerat; sic etiam actioes diuine ei conueniunt secundum propriam rationem operationis. Et hec est sententia Damasceni li. iij. c. xv. et sic verum est quod putatur non eleuatur quantum ad esse supnaturale et suppositi diuini; ut videtur hinc tales naturam non solum dicitur homo; sed etiam deus ipse per circūcessionem; ita etiam potentia eleuatur quantum ad operationem; sic quod ille operationes non solum sunt et dicuntur ipsius hominis sed etiam ipsius dei. Unde sicut quilibet natura creata nata secundum se subsistere est eleuabilis ad esse personale diuini suppositi; sic etiam et quilibet eius potentia est eleuabilis ad operationem dicto modo, hanc operatio secundum esse spirituale que fit secundum perfectioes formales supnaturales naturam eleuantes est alterius rationis omnino; et videtur quod vna potest esse sine alia, vnde deus potest vniri alicui nature secundum esse personale; cui non vniretur secundum esse spirituale et e converso. Et de tali vnione etiam verum est, quod non potest eleuari natura secundum esse spirituale; cuius potentia non eleuatur secundum operationem proportionaliter respondentem

Et ideo quibus deus possit sibi unire quamcumque naturam in unitate suppositi
quod ad gratiam unionis; et per consequens eius potentia sit proportiona-
biliter eleuabilis; non tamen potest sibi uniri quamlibet naturam unione inhabita-
tionis per gratiam habitualement; neque etiam potentia cuiuslibet nature est eleua-
bilis per operationem ridentem. Et per hoc patet ratio ad simile quod Henricus
inducit: quia sicut unio per illapsum requirit quod sicut res per suum esse na-
turale secundum se constituitur et proprias operationes operatur; ita etiam ista unio
requirit quod sicut per eam natura humana in esse suppositi diuini constituitur;
ita etiam operationes secundum illam naturam sic eliciantur quod sunt operationes non solum
hominis sed etiam dei; nec plus requirit talis unio, et secundum hanc unionem ita ele-
uatur in natura humana potentia sensitiva vel vegetatiua sicut rationalis, deus
enim ita dicitur videre vel digerere sicut intelligere. sed quod ad unionem
vel eleuationem ad esse spirituale potest eleuari ut dictum est potentia rationalis; non autem
aliter, sed quia uniones predictae sunt diuersarum rationum ut dictum est; posset etiam
humana natura uniri secundum primam et non quod ad secundam. Et quibus illa unio sit p-
fectissima considerando naturam cui unita est natura humana et perfectum modum unio-
nis; scilicet in unitate simplicissima personalitatis; non oportet tamen quod includat aliam
unionem que est omnino alterius rationis; scilicet secundum esse spirituale per gratiam inhabitatio-
nis spiritualis secundum cognitionem et amorem supernaturalem, uniri enim persone diuine in
ratione suppositi sustentantis et in ratione obiecti beatificantis non sunt eiusdem rationis
immo ut prius dictum est ex quo prima unio que per se non includit aliquod do-
num supernaturale habitualiter animam perficiens; et non efficit aliquid formale
in natura humana, ex huiusmodi unione non potest humana natura in operationem in qua
prius non posset; sed solum hoc consequitur quod illa operatio etiam est ipsius dei.
Quod enim deus non videatur a natura rationali hoc non contingit propter eius rea-
lem absentiam vel distantiam; cum sit intimior unicuique rei quam res sibi; sed quia na-
tura rationalis non est disposita ex natura sua ad hoc. Et quia etiam deus quodcumque
sit presens secundum id quod ipse est; non tamen seipsum representat sub ratione
obiecti; qui est talis nature quod si vult videtur et si non vult non videtur, dicitur
Augustinus, de videndo deum: eius nature est non videri; et in cuius voluntate situm
est videri et non videri. Oportet ergo in natura rationali effici aliquam disposi-
tionem supernaturalem secundum habitus gratie et glorie; et quod deus seipsum osten-
dat in ratione obiecti, et propter hoc communiter ponitur quod preter gratiam unionis
que non est aliud quam ipsum esse personale gratis concitatus nature assumpte ad
hoc quod natura humana assumpta possit in operationes supernaturales gratui-
tas scilicet et beatificas indiget habitibus infusis. Et sic patet solutio ad rationem funda-
mentalem Henrici. Ad aliam vero rationem aliorum dicitur contra a doctoribus quod iste due
uniones ut dictum est non sunt comparabiles cum non sint eiusdem rationis nec ordinis.
Posse autem minus ubi aliquid potest maius tenet in his que sunt eiusdem rationis; ut qui
potest portare centum potest portare quinquaginta; et qui non potest quinquaginta non potest centum.
Et quibus maius sit producere hominem quam asinum; non sequitur quod qui potest producere hominem
possit producere asinum, ideo licet maius sit assumi ad unitatem in persona quam in gratia;

non oportet quod omnis creatura que potest assumi ad personam possit assumi
ad unitatem in gratia. Preterea licet minus sit assumi ad gratiam quam ad per-
sonam; tamen ad illud minus plus requiritur; sicut ad esse intellectuale plus req-
ratur quam ad esse simpliciter; non potest autem minus illud quod potest maius quam
ad minus plus requiritur quam ad maius. Ad assumptionem autem in persona non re-
quiritur nisi quod sit subsistibilis, id est, potens assumi ad esse subsistentie quod inue-
nitur in omni individuo substantie, sed ad habere gratias requiruntur potentie
intellectuales; et ideo non valet similis modus arguendi: Maius est esse ho-
minem quam esse animal, ergo negative econuerso; quod non potest esse homo non
potest esse animal. Potest etiam dici quod ex parte nature assumptibilis non est
maius illud per quod habet rationem assumptibilitatis quam illud per quod est uni-
bilis deo per gratiam; imo multo minus; sicut ratio subsistibilitatis minus est
quam ratio intellectualitatis, et ideo maior perfectio naturalis requiritur ad na-
turam que est unibilis deo per gratiam quam ad illam que est assumptibilis in per-
sona. Licet quidam dicant et bene quod si ista duo diuidantur; unio in persona et
unio per gratiam; quod maius est creature uniri deo per gratiam; quam uniri in perso-
na sine gratia; sed utrumque coniunctum maius est quam alterum; sicut fuit in christo. Et
quod dicit Augustinus, super Iohannem, non sic accipiendum est quasi sit melius et dignius
assumi quam filium dei fieri; sed quia maior dignatio ostensa est in uno quam in alio, et
ideo dato illo datur confidentia de alio. Ad secundam rationem dicitur primo
quod deus posset assumere naturam in qua potest peccare et etiam in qua est pec-
catum quod est de potentia sua absoluta; quia naturam assumptam posset di-
mittere sibi quod ad suas proprias operationes retinendo eam unitam diuino sup-
posito; sicut christus in passione dimissus fuit proprie penalitati; et ideo cum operatio se-
quatur naturam que est principium eius, omnis autem natura creata potest deficere; defectus
autem voluntarius est peccatum; oportet ponere quod verbum potuit assumere naturam
in qua potest peccare; quod tamen non attribueretur supposito nisi ratione nature assumpte
sicut in omni et pati attribuitur supposito immortali et impassibili de se ratione nature as-
sumpte, vnde deus sine iudicio nature diuine vel suppositi posset assumere na-
turam alicuius donati; quia nec peccatum nec pena esset ibi nisi ratione assumpti. Non
enim creatura est assumptibilis quia bona bonitate moris vel mala; sed quia
potest substantificari in supposito diuino; quod ita conuenit nature habenti
maliciam moris sicut bonitatem. Quia tamen persona assumens et natura as-
sumpta comunicant sibi idiomata; indecens esset quod assumeret naturam dam-
natam; licet posset de potentia absoluta. Et credo quod non esset inconueniens
quod illud suppositum diceretur peccator vel damnatus si naturam peccatoris vel
damnati assumeret quam assumere potuit; quia hoc non pertinet sibi nisi ratione na-
ture assumpte; que nullam indignitatem poneret in natura diuina; sicut nec mu-
tationem. Hec autem non abhorret qui considerat absolutam potentiam dei. Secundo dicitur
secundum Thomam quod si aliqua natura rationalis assumeretur sine eleuatione ad uni-
tatem diuini suppositi ipsa non esset peccabilis. Cuius ratio est; quia tali na-
ture nullus actus attribueretur sicut agentis; sed solum sicut in principio actio-
is d. iij.

quia suppositum est quod agit: suppositum autem talis nature cum sit deus nullo modo peccare potest nec defectiue agere. Hec rrsio magis mihi placet quia sicut incōueniens et indecēs est homini q̄ peccet ita et omni diuino supposito: imo impossibile: quia non solū actio partis imputatur supposito quia mouet partem ad suam operatiōem aut quia nō prohibet eam: imo quia ip̄m suppositū est illud quod p̄ncipaliter agit. Et ideo si aliqua operatio xp̄i eēt viciosa illa potius attribuenda esset supposito diuino et magis imputanda q̄ nature humane. Unde conformiter ad hanc rrsionem dicitur: q̄ deum posse peccare et damnari tanq̄ p̄ncipale agens peccati non solum reputatur incōueniens imo hereticū et blasphemū et tam offensiuū piarū aurium: q̄ quicunq̄ pertinax assertor talis propositionū: non verbis sed igne corripiedus est. Si dicatur adhuc pro opinione Henrici: q̄ si deus assumeret naturā irrationalem puta lapidis aut asini: tūc deus diceretur lapis et asinus: et p̄ter q̄ lapis vel asinus esset persona: quod non minus videt scandalosum et piarū aurium offensiuū imo heresim sapiens: q̄ q̄ deus pōt peccare vel damnari: aut q̄ nō possit quamlibet naturā suppositare. Rrsidetur q̄ si deus de facto assumeret naturā asini vel lapidis: deus eēt asinus vel lapis p̄ cōicationē: q̄a tota cōicationis idiōmatum s̄m sc̄tōs est q̄ in vno supposito sunt due nature fundate: et ideo p̄cretiue mutuo se denoiant. v̄i ideo gr̄matic⁹ est musicus: q̄a gr̄matica et musica fundantur in eodem subiecto. v. methaphy. Cū ergo post assumptionem nature irrationalem puta asini vel lapidis natura diuina et natura irrationalis fundentur in supposito diuino: erit necessario cōicationis idiōmatū concretiue. Et q̄ hoc sit causa talis cōicationis idiōmatū patet per Aug⁹. libro. i. de baptismo paruulorū dicentem: Per distantia humanitatis et deitatis fili⁹ dei manebat in celo et filius hominis in terra: sed rōne persone filius hominis et filius dei manebat in celo et in terra. Item Aug⁹. i. de trini. Talis inquit erat illa vnio que deum faciebat hominem et hominem deum: nec hoc derogat diuine potentie: nec imperfectionem vel indecentiam ponit in diuina natura vel supposito diuino: sed magis exaltat diuinam omnipotentia: vt patet consideranti predictas propositiones. Nam per istam deus est asinus vel deus est lapis nihil aliud significatur vel intelligitur: nisi q̄ deus subsistit in natura asini vel lapidis: vel q̄ suppositus diuinus terminat dependentia nature asinine vel lapidis. Quo dato aliqui concedunt probabiliter q̄ asinus vel lapis iudicaret mundū vel beatificaret hominem et angelos: imo q̄ asinus esset obiectum beatificū intellectus et voluntatis diuine. de quibus nemo vtens rōne et considerans omnipotentia dei scandalizatur ac offenditur. De personalitate autem nature irrationalis si assumeret a persona diuina: dico q̄ aliqua natura potest personari aut personalitate propria et intranea: aut personalitate extranea et aliena. Primo modo natura irrationalis nullo modo est personabilis sed sola natura rationalis: quia p̄sona est rationalis nature indiuidua subsistentia. Secundo modo quelibet natura in se subsistibilis si assumeretur est personabilis pro quanto quelibet talis est in potentia obedientiali ad hoc q̄ assu-

matur a persona diuina: vt sepe dictum est.

Quod prefata conclusio de virtute sermonis derogat omnipotentie dei: et per hoc heresim sapere videtur.

Eprehensibile est manifestus q̄ naturam irrationalem posse assumi a diuina persona non implicat ex terminis contradictionem. Omne autem quod non implicat contradictionem ex terminis est deo possibile: cū deus sit omnipotens s̄m articulum fidei et s̄m illud Luc. i. Apud deū non est impossibile omne verbum. Cū igitur prefata conclusio neget deū posse assumere naturam irrationalem: sequitur q̄ deroget omnipotentie dei: et per hoc heresim sapere. Preterea conclusio de rigore sermonis significat q̄ natura rationalis est t̄m a deo assumptibilis ad quam sequit q̄ deus non potest assumere quamlibet naturam. sed hoc derogat omnipotentie dei: cum ostensum sit nullam contradictionem implicare q̄ natura irrationalis sit assumptibilis. ergo ideo quod prius. Preterea nihil est negandū posse fieri a deo: nisi appareat manifesta contradictio vel efficax ratio hoc demonstrer: vel ex sacra scriptura efficaciter conuincatur. sed nō apparet manifesta p̄tradictio in terminis huius propositionis: natura irrationalis est a deo assumptibilis: vt ex predictis patet. nec ratio efficax hoc demonstrat: cum rōnes omnes quas ad hoc Henricus inducit sint solubiles peccantes in forma aut in materia: vt patet per Scotus Durandum et Petrum de palude et fere omnes doctores qui de hac materia scribunt: nec aliqua auctoritas sacre scripture hoc conuincit: cum nulla ab Henrico inducatur quin rōnabiliter sit glossabilis: imo ad partem oppositam plures auctores adducantur. Temerariū ergo et periculosum est asserere: q̄ deus non possit assumere quamlibet naturam: sed rōnalem t̄m vt prefata conclusio affirmat. Preterea propositio aliqua s̄m doctores loquentes de omnipotentia dei dupliciter dicitur derogare diuine omnipotentie. Vno quidem modo formaliter et explicite. Altero v̄o modo virtualiter et implicite. Formaliter quidem et explicite propositio aliqua derogat omnipotentie dei: quando ex habitudine intrinseca suorū terminorū repugnat vel infert aliquid repugnans articulo de omnipotentia dei: vt sunt iste propositiones. Deus non est omnipotens. deus non potest omne possibile. deus non potest omne quod non implicat contradictionem. Virtualiter autem et implicite propositio aliqua dicit derogare omnipotentie dei: quando ex ipsa coassumptis pluribus alijs propositionibus aut creditis aut in lumine naturali notis: que rōnabiliter negari nō possunt infertur aliquid repugnans articulo de omnipotentia dei: qualis est hec propositio: deus nō potest assumere quamlibet naturam sed rōnalem t̄m que coassumptis istis duabus creditis que in facto consistunt: q̄ humana natura in xp̄o caret propria subsistentia et suppositatur in supposito diuino: et q̄ accidens absolutum in sacramento altaris caret propria inherencia et per se subsistit: sequitur q̄ quodlibet accidens absolutum potest per dei potentiam

subsistere: et quod quilibet natura subsistibilis potest a deo suppositari: cum non sit maior contradictio nec repugnantia in uno accidente absoluto quod per se subsistat quam in alio: nec in una natura per se subsistibili quod assumatur a deo quam in alia, et per consequens si deus non potest assumere quamlibet naturam sed rationalem tantum: sequitur quod non sit omnipotens: vel quod non potest omne possibile: que omnia sunt contra veritatem fidei. Et per hunc modum predicta propositio virtualiter et implicite dicitur derogare omnipotentie dei et per hoc heresim sapere: ut patet ex dictis. Pars igitur quod predicta conclusio de rigore sermōis derogat omnipotentie dei: et per hoc heresim sapit.

**Quinta Conclusio Apologetica Joannis
Bici Birandulani Concordie Comitis.**

**Sicut nullus opinatur aliquid ita esse precise quia
vult sic opinari: ita nullus credit aliquid esse verum
precise quia vult credere ita esse verum.**

Propositio correlativa.

**Non est in libera potestate hominis credere articulum
fidei esse verum quando sibi placet: et credere eum
non esse verum quando sibi placet.**

Determinatio magistralis.

Quia talis conclusio ex qua predicta propositio deducitur pro utraque sui parte sit probabilis: propositio tamen in se et ut corrumpitur ex conclusione videtur sibi erronea et heresim sapiens. Ad quod demonstrandum premittenda est differentia inter intelligere, scire, credere, opinari, suspicari, coniecturari, et dubitare. Deinde adiungetur quod verbum credere multiplicem habet significandem in sacra scriptura et sanctorum dictis. Tercio recitabitur opinio quorundam theologorum modernorum dicentium quod ad credendum christiane: aut necessitas intellectus per rationes demonstrativas: aut de per se et necessario requiritur apparentia credendorum cum imperio voluntatis. Quarto ponetur opinio communior et verior antiquorum theologorum dicentium quod ad credendum christiane non requiritur de per se apparentia rationis nec ratio demonstrativa sed lumen fidei infusum: cum imperio voluntatis et determinatione explicita creditur. Quinto solvemur argumenta et motiva pro opinione secunda in apologetico inducta. Finaliter probabitur quod credere sit in libera potestate hominis quando sibi placet. Ex quibus predictam propositionem fore erroneam et heresim sapere ostendemus.

Quod intelligere, scire, credere, opinari, suspicari, coniecturari, et dubitare, inter se conveniunt et differunt.

Adplex in genere: secundum Aristotem in libro de anima: est operatio intellectus. Prima qua format simplices res quidditates et conceptus: ut quid est homo: vel quid animal, et hec operatio vocatur a philosophis formatio vel simplex intelligentia. In qua quidem operatione non inuenitur verum per se nec falsum sicut nec in vocibus incomplexis: ut in libro peribermenas scribitur, et ideo sicut vox incomplexa non creditur nec negatur: ita secundum hanc operationem intellectus non assentit nec dissentit. Secunda operatio intellectus est secundum quam componit et dividit affirmando et negando: in qua verum vel falsum inuenitur sicut in voce complexa que est eius signum: iuxta illud primo peribermenas sunt ea que sunt in voce earum que sunt in anima passionum note. Et in hac operatione inuenitur assensus vel dissensus circa complexiōem veram aut falsam. Cum autem intellectus possibilis ex se non sit determinatus ad hoc quod adhereat compositioni magis quam diuisioni vel euerio, omne autem quod est determinatum ad duo non determinatur ad unum eorum nisi per aliquid mouens ipsum: necesse est quod intellectus determinetur ab aliquo ad alteram partem contradictionis, quod contingit tripliciter secundum triplicem intellectus nostri considerationem. Potest enim uno modo intellectus noster considerari secundum se: et sic determinatur ex presentia intelligibilis: sicut materia determinatur ex presentia forme, et hoc quidem contingit in his que statim lumine intellectus agentis sunt intelligibilia: sic sunt prima principia quorum veritas statim cognitis terminis infallibiliter apparet: ut scribitur in libro posteriorum. Et hec est dispositio intelligentis prima principia artium et scientiarum: que secundum philosophum vocatur intellectus. Tunc intellectus est habitus quo intellectus firmiter assentit propositionibus per se euidenter: aut mediante sensu memoria et experientia euidenter notis: ut omne totum est maius sua parte: vel omnis ignis est calidus, et talis habitus principiorum ideo appellatur intellectus: quia est immediate per naturam potentie intellectiue et non per probationem aliquam vel auctorem innatus. Alio modo potest considerari intellectus noster secundum ordinem ad rationem que ad intellectus vel visionem terminatur dum resoluendo conclusiones in principia per se nota earum certitudinem efficit, et hec est dispositio scientis per habitum scientie. Tunc scientia est habitus firmus de aliqua propositione necessaria acquisitus per premissas proprias illius conclusionis et necessarias eam demonstrantes. Dicitur habitus firmus: quia sine formidine de opposito: ad differentiam opinionis et suspitionis. Dicitur habitus acquisitus per premissas: ad differentiam intellectus et fidei. Tercio modo consideratur intellectus noster in ordine ad voluntatem: que secundum Anselmum cum omnes anime vires moueat ad actus suos potest determinare intellectus ad assentiendum alicui complexo quod nec per seipsum videtur nec ad ea que per se videntur resolui potest: ex hoc precise quod dignum reputat illi esse adherendum propter aliquam rationem que est sufficiens

ad mouendū et determinandū voluntatē et non intellectū; utpote quia videt bonū vel conueniens huic parti assentire, et hec est dispositio credentis: ut cum aliquis credit dictis alicuius hominis: quia videtur decens vel vtile: sic etiā mouemur ad credendū reuelatis a prima veritate in quibus nobis repro- mittitur si crediderimus premiū eterne vite consequemur, et hoc premio mouemur ad credendū: et sic in credente rō non determinat per se intellectus: ut aliqui falso opinantur: sed voluntas, vnde Aug. dicit: quod cetera potest homo nolens: credere autem non nisi volens. Et hinc est quod fides dicitur habitus firmiter adheſiuus propositionibus non euidentibus propter solam auctem dicentis cum imperio voluntatis. Quando vero ratio que mouet ad alterā partem contradictionis non sufficit ad determinandū intellectum: quia non resoluit conclusionem in principia per se nota: neque sufficit ad determinandū voluntatem ut bonum videatur illi parti adherere: tunc homo opinatur illud cui adheret. Et hec est ratio quare credere est in libera potestate hominis et non opinari. Et cum per rationes probabiles intellectus non determinetur perfecte: quia semper remanet motus ad contrarium: accipit enim vnam partem contradictionis cum formidine et dubitatione alterius: ideo opinans non totaliter assentit, vnde opinio est habitus infirmus: id est cum formidine de opposito de aliqua propositione generabilis per premissas probabiles non tamē certas seu euidentes. Quia vero homo non habet rationem ad vnam partem magis quam ad aliam: sicut in illis probleumatis de quibus rationes non habemus, quod nesciētis est: vel propter apparentem equalitatem eorum que mouet ad vtrāque partem: quod dubitatis est, tunc nullo modo intellectus assentit: cum nullo modo determinet eius iudicium vel neutralitas: sed equaliter inter duas partes contradictionis fluctuat et si aliquod debile signum appareat verisimile plus pro vna parte quam pro alia habet: tunc aliquotulum vni inclinatur sed dubitat de alterius veritate et adhuc neutri assentit. Cum autem signum multum verisimile habet pro vna parte: tunc dimissa neutralitate iam suspicatur de alia. Unde suspitio est habitus infirmiter adheſiuus de propositione contingenter vera generatus solum ex quibusdam signis rhetoricis: que nihil prohibet eē vera: quous propositio cui intellectus assentit sit falsa: ut si Titius esset fur: et quis videns eum de nocte errabundū assentiret propter hoc signū quod Titius esset fur: talis assensus esset suspitio vel plecturatio. Patet ergo ex dictis quod in illa operatione intellectus qua format simplices res quidditates, id est simplices et quidditatiuos conceptus non inuenitur assensus nec dissensus: cum non sit ibi verum vel falsum. Non enim dicimur alicui assentire nisi quā inberemus ei quasi vero. Similiter dubitans non habet assensum cum non inberet vni parti contradictionis magis quam alteri. Similiter nec opinans habet assensum totaliter cum non firmet eius acceptio circa alteram partem. Sententia autem ut Auicenna et Galen volūt est conceptio distincta vel certissima alterius partis contradictionis. Assentire autem a sententia dicitur. Intelligens autem habet quidem assensum: quia certissime alteri parti inberet: sed non habet cogitationem, id est rationis inquisitionem

quia sine aliqua collatione determinatur ad vnum. Sciens vero habet cogitationem et assensum: sed cogitationem causantem assensum terminantem cogitationem. Et ipsa enim collatione principiorum ad conclusiones assentit conclusionibus resoluendo eas in principia et ibi figitur motus cogitationis et quietatur. In scientia enim motus rationis incipit ab intellectu principiorum et ad eundem terminatur per viam resolutionis, et sic non habet assensum et cogitationem ex equo sed cogitatio inducit ad assensum: et assensus quietat perfecte intellectum: sed in fide est assensus et cogitatio quasi ex equo. Non enim assensus ex cogitatione causatur sed ex voluntatis imperio ut dictum est. Sed quia intellectus non hoc modo terminatur ad vnum ut ad propriū terminū perducatur qui est visio alicuius intelligibilis: inde est quod eius motus nondum est quietatus sed adhuc habet cogitationem et inquisitionem concomitantem de his que credit: quous firmissime eis assentiat, quous enim est ex seipso non est ei satisfactum neque est terminatus ad vnum: sed terminatur tamen ab extrinseco scilicet a voluntate, et inde est quod intellectus credentis dicitur esse captiuatus: quia tenetur terminis alienis et non propriis, id est ad Corinthios, x. In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium christi. Unde etiā est quod in credente potest insurgere motus de contrario huius quod firmissime tenet: quous non in intelligente nec sciente. Per assensum igitur separatur credere ab operatione qua intellectus inspicit formas simplices: et a dubitatione suspitione et opinione. Per cogitationem vero ab intellectu: sed per hoc quod habet assensum et cogitationem quasi ex equo differt credere a scientia. Unde Aug. in libro de predestinatione sanctorum et habetur in glo. ij. ad Corinthios, iij. super illud: Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. Credere inquit est cum assensione cogitare, vnde errant qui dicunt quod cogitatio siue rationis inquisitio faciens apparere intellectum id quod creditur preexistit de per se ex parte intellectus ad assensum fidei: ut statim videbitur.

¶ Quod verbum credere multiplicem habet significationem in sacra scriptura et dictis sanctorum

c Redere secundum doctores vno modo sumitur pro habitu. Alio modo pro actu elicto ab habitu. Sumendo credere pro actu: vno quidem modo accipitur comunissime: et tunc idem est quod assentire sic esse vel fuisse vel futurū esse vel posse esse in re: sicut per aliquā propositionem denotatur. Hoc modo credimus illa que scimus et illa que opinamur, vnde Hugo libro primo suar sententiarum. Fides est perceptio veritatis cuiuscunque rei cum assensione. Secundo modo accipitur credere stricte pro assensione siue formidine saltem actuali propositionibus de quarum veritate non constat nisi per testimoniū aliorum vel aliunde citra euidentiam: et sic dicimur credere ea que non videmus neque per sensum neque per rationem, vnde Aug. super Iohannem, omelia, liij. Quid est fides nisi credere que non vides. Tale autem credere etiam distinguitur a scire non distin-

gūtur tamen ab opinari cum includat formidinem saltem habitualem, generatur enim per imperium voluntatis p̄currente ad hoc testimonio vel aucte: vel etiam dialetica vel probabili rōne. Tercio mō accipitur credere strictius pro assensione sine formidine simpliciter tam actuali q̄ habituali talibus de quoz veritate non habetur euidentia sensus vel rōnis naturalis: sed constat de eis per reuelationes a deo imediate vel mediate factam, et hoc est credere p̄plane ea que pertinent ad salutem. De hoc credere loquitur magister s̄niaz li. iij. di. xiiij. c. ij. Fides inquit est virtus qua credūtur que non vident, quod tamen non de omnibus que nō vident accipiendū est: sed de his tm̄ que credere: vt ait Aug. in Encheridion ad religiones pertinent. Quarto accipitur credere strictissime pro assensione vt dictū est cum cōplacencia voluntatis in obiecto fidei ex charitate p̄cedente. Et sic credere est ex fide que p̄ dilectōez operat. vnde magister vbi supra. c. iij. aliud est credere in deū: aliud credere deo: aliud credere deum. Credere deo est credere vera eē que loquūtur: q̄d et mali faciunt: et nos credimus homini sed non in hominem. Credere deum est credere q̄ ipse sit deus: quod etiam mali faciunt. Credere in deū est credendo amare: credendo in eum ire: credendo ei adherere et eius membris incorporari. Per hāc fidem iustificatur impius: vt deinde ipsa fides incipiat p̄ dilectōem operari. Ea enim sola bona opera dicenda sunt que fiunt per dilectionem dei. Vnde patet q̄ credere hoc quarto modo sumptū est meritōzū et ad salutem necessariū. Credere aut̄ habitualiter sumptum dupliciter dicitur s̄m q̄ fides habitualis s̄m doctores est duplex: quia quedā est acquisita: que dam vō infusa. Fides acquisita est habitus adheſiuus certus et non euidens sine formidine saltem actuali causatus vel genitus per imperiū voluntatis cōcurrente ad hoc testimonio scripturaz vel aucte humana: vel etiam dialetica vel probabili rōne. et hec fides acquisita pro quanto innititur fallibili veritati vtputa rōni naturali seu humane persuasioni vel aucti hominis vel miraculo de quo non constat propter quid sit factum: dicit beatus Thomas in. iij. sen. q̄ talis fides nihil aliud est q̄ opinio rōnibus firmata: que q̄tumcūq̄ crescā non sufficiat ad determinandum intellectū q̄ assentiat sine formidine actualit vel habituali. q̄ si contingat per talem fidem sine formidine actuali assentire hoc facit affectio voluntatis: que s̄m Petri de Alliaco cum aliquo motiuo paruo potest auferre omnem formidinem actualem. Nam respectu cuiuscūq̄ propositionis cuius oppositū nō est euidens firmiorem assensum pōt in intellectu causare voluntas p̄ suū imperiū cū aliquo motiuo q̄ quecunq̄ suasio sine hōi imperio. Et hinc est q̄ assensus causatus per voluntatem firmior est q̄ assensus causatus sine voluntate per solam rōnez probabilem. propter quod dicit Aristo. vij. ethic. q̄ aliqui ita afficiuntur opinionibus suis q̄ ex imperio voluntatis superueniente rationi probabili ita firmiter adherent eis sicut alij propositionibus scitis. Ex quo patet q̄ non potest intantū augeri opinio s̄m predictū doctorem q̄ cogat intellectum contra imperiū voluntatis assentire alicui complexo. Patet etiā q̄ quis nō sit ita fortis aut ita cogens rō facies

opinionem: quin possit magis cogens dari: tamen contra quālibet talem pōt voluntas convertere intellectū in partem oppositā. p̄ter sequitur q̄ imperiū voluntatis non tollit nec potest tollere a fide acquisita formidinem habituales. Nam deducto imperio voluntatis si intellectus sibi relinqueret et discerneret rōnes probabiles causantes fidem adhuc inueniret se formidolosum et perciperet per tales apparentias et rōnes intellectū nō sufficienter sed probabiliter ad assentiendū veritatibus fidei determinari. Ad hanc fidem acquisitam generandā subseruiūt illa octo media probabilia que doctor solēnis in prologo s̄niaz adducit: auctas videlicet scribentū. cōcordantia scripturaz. rōnabilitas contentoz. irrōnabilitas singuloz error. p̄nunciatio futuror. veracitas miraculor. legis xpi duratio. diligentia recipientū. Ad hāc quoq̄ fidem acquisitam generandam subseruiunt illa etiam octo media probabilia que dñs cardinalis Cameracen̄ Petrus de Alliaco in prologo s̄niaz suarū ex libro de fide et legibus Guill̄ Parisien̄ et ex summa Henrici Sandensis colligit: scz per fidedignū hominū testimoniū. per auctenticū legis scriptum. per iuramentum. per pactum. per miraculum. per tormentū. per eum in cuius ore nō est inuentum mendacium. per conformitatem gestū corporaliū vocum et verbor. Fides infusa est virtus theologica s̄m quā voluntarie adheremus dictis sacre scripture propter auctem dei reuelantis. de qua Ap̄lus ad Heb̄. xi. dicit: q̄ fides est substantia rez sperandaz argumentū nō apparentiū. et ad Ep̄b. ij. Gratia estis saluati per fidem et non ex vobis ne quis gloriētur: donū enim dei est. Et ad Heb̄. xi. Sine fide impossibile est placere deo. Ad hanc autem fidem duo requiruntur s̄m Tho. ij. ij. quoz vnū est vt homini credibilia proponantur: quod requirit ad hoc q̄ homo aliquid explicitē credat. Aliud aut̄ quod ad fidem requiritur est assensus credens ad ea que proponuntur. Primum horū necesse est q̄ sit a deo. Nam ea que sunt fidei excedunt rōem humanam. vnde non cadunt in contemplatione hominis nisi deo reuelate: sed qui busdā reuelant imediate a deo sicut sunt reuelata apostolis et prophetis. quibusdā autem proponunt a deo mittēte fidei predicatores: s̄m illud ad Ro. xi. Quomodo predicabunt nisi mittātur. Quātum vō ad secundū scz ad assensum hominis in ea que sunt fidei pōt considerari duplex causa. Vna quidem exterius inducens: sicut miraculum visum. vel persuasio hominis inducens ad fidem: quoz neutrum est sufficiens causa. videntū enim vnū et idem miraculum et audientū eandem predicationem quidam credunt et quidā nō credunt: et ideo oportet ponere aliam causam interiorē que mouet hominē interius ad assentiendū his que fidei sunt. Hanc causam ponebant Pelagiani esse solum liberum arbitriū quod est falsum et hereticum: quia cū homo assentiendo his que sunt fidei eleuetur supra naturam suā: oportet q̄ hoc insit ei ex supernaturali principio interius mouente quod est deus. et ideo fides quo ad assensum qui est principalis actus fidei est a deo interius mouente p̄ grāz. Hanc distinctionem de fide acquisita et infusa ponit Jobes Damascenus li. iij. s̄niaz suarū. vbi sic dicit: Fides dupliciter est. Est enim fides ex auditu:

audientes enim scripturas credimus doctrine spiritu. Est autem rursus fides indistabilis et inudicabilis species eorum que a deo nunciata sunt. Prima igitur mentis nostre est: Secunda charismatum spiritus. Vult ergo dicere secundum Alexandrum de Ales in. iij. q. est fides ex auditu acquisita sine testimonio scripturarum vel aliorum et est fides gratuita infusa a deo ad assentiendum prime veritati propter se. Fides primo modo dicta colligitur ex testimonio et ratione et non est sufficiens ad salutem. Secunda vero infunditur ex superna illuminatione. et hec est fides salutaris et donum gratie.

¶ Prima opinio quod ad credendum christiane non requiritur voluntatis imperium; sed intellectus necessitatur per miracula vel rationes demonstratiuas.

q **¶** Ratio ad credendum christiane requiritur voluntatis imperium; ut dictum est; non tamen est manifestum si preter voluntatis imperium preterigatur de per se apparentia alicuius rationis; de quo multiplex et varia est theologorum opinio. Quidam enim opinantur quod per miracula vel antiquorum gesta vel rationes demonstratiuas necessitatur et compellitur intellectus humanus et angelicus ad credendum sine imperio voluntatis; citra tamen euidenciam; ut dicit Ockan in quadam questione de quodlibet. Et huius opinionis videtur esse magister Robertus Holkot et Franciscus de Marchia et plures alij doctores cum quibus defensor predictae conclusiōis in suo apologetico sentire videtur. Pro qua opinione arguitur primo sic: Non minorem assensum causant miracula facta pro fide christiana quam testimonium hominum; sed testimonium humanum et historie antique quas inuenimus in libris causant in nobis assensum sine formidine; intantum quod necessitant intellectum; unde quicumque homo foret infidelis si coram eo fierent miracula insolita ad ostensionem veritatis articuloz; puta quod mortui resuscitarentur; per predicantes talia necessitaretur talis infidelis ad credendum. Secunda ratio: Assensus articuloz fidei est in ipsis demonibus; quia demones credunt et contremiscunt Jacobi. ij. et in euangelio Luc. v. legitur quod ipsi dixerunt christo filio dei: Ad quid venisti ante tempus torquere nos. Querit ergo an iste assensus causabatur in eis ex euidencia rei. et hoc non; quia talis euidencia causatur ex visione diuine essentie; que de communi lege est impossibilis viatori. aut talis assensus causabatur propter miracula que ipsi viderunt. et si sic; cum constet quod ipsi non sunt affecti ad illa que crediderunt; patet quod non crediderunt per imperium voluntatis. igitur talia miracula necessitant et compellunt intellectum demonis; et a fortiori intellectus hominis viatoris. Tercia ratio: Si constaret alicui euidenter aliquam multitudinem hominum esse veracem in verbis et honestam in vita et pariter circumspectam in naturaliter scibilibus; si talis multitudo assereret constanter quedam esse credenda ad que ratio naturalis non potest attingere; talis infidelis et etiam fidelis necessitaretur ad assensum quorumcumque credendoz. Confirmantur

iste rationes: quia deus indidit homini quandam promptitudinem ad credendum mundum regi per quasdam causas incognitas nobis vel intelligentias mirabilium operum effectrices; ut experimeto patet. Homo etiam naturaliter est natus credere firmiter testimonijs aliorum in his que ipse non nouit. propter quod in istis agibilibus videmus; quod testimonium duorum vel trium quos reputamus veraces determinat totam dubitationem etiam de nobis occultis in quibus nihil scimus nisi per eos. ergo tam ratio sumpta ex miraculis quam honestate et veracitate multitudinis necessitant intellectum ad assentiendum articulis fidei; et maxime si ad oppositum non habeat intellectus rationes. Consuetudo preterea vel apparentia consuetudinis necessitat intellectum ad credendum fidei christianorum vel aliarum sectarum; ut patet de puero non baptizato et educato inter christianos; a quibus audire consuevit a pueritia nostre fidei articulos esse credendos; et deum esse colendum. talis enim credit eos sine quacumque formidine; et precipue si estimaret illos christianos qui eum informant esse parentes suos; vel quod sui progenitores talia crediderunt. Hoc idem de iudeis et boibus aliarum sectarum patet; qui tamen credunt suis articulis; etiam a naturali ratione remotis sicut christiani. Cuius ratio est; quia consuetudo in hominibus assensibus et credulitatibus habet vim rationis intellectum necessitantis. Auditiones enim contingunt secundum consuetudinem; ut scribitur. ij. metapby. Et ideo sicut consueuimus ita dignamur dici. Quanta enim habet vim consuetudo leges ostendit; ut Averrois in plogo. iij. phis. scribit. Pro igitur secundum istam opinionem; quod intellectus potest necessitari ad credendum articulis fidei.

¶ Confutatio predictae opinionis cum solutione rationum ipsius.

b **¶** Et assit opinio videtur esse falsa et contra veritatem sacre scripture; quia intellectus viatoris non necessitat ad assentiendum alicui nisi ex euidencia alicuius per se noti ut in primis principijs; vel ex per se notis deducti ut in conclusiōibus; ut patet ex dictis. si veritates fidei christiane non sunt per se note neque ex per se notis deducte; iuxta illud Ecclesiastici. xij. Plurima supra sensum ossa sunt tibi. Et hinc est quod fides secundum apostolum ad Ro. xi. dicit substantia reipse sperandorum argumentis non apparentis. Confirmat ista ratio; quia omnis demonstratio necessitat intellectum ad assentiendum. sed aliqui videntes christum lazari resuscitantem et alia miracula facientem non assenserunt quod ipse esset deus; ut patet Jo. xi. quod etiam ipse reprobandum dicit. Jo. xv. Si opera non fecissem que nemo alius fecit peccati non haberent. ergo talia miracula non fuerunt sufficientia ad necessitandum intellectum credere christum esse deum sine imperio voluntatis. Concedimus tamen quod miracula visa vel credita inclinant intellectum vni cum imperio voluntatis ad credendum articulis fidei; ut infra patebit. Et per hoc patet solutio ad rationes predictae opinionis; quia miracula vel antiquorum gesta vel rationes in lumine naturali note; quibus causent aliqualem assensum in intellectu; ut dictum est; non tamen necessitant; nec sufficiunt determinare intellectum ad firmiter

assentiendum veritatibus fidei sine lumine diuine gratie et motione vel imperio voluntatis. Ad secundam rationem de demonibus dicit Alexander de Aliis in. iij. q. in demonibus est fides informis; sicut antequam sacre scripture et sanctorum doctorum dicunt. Cum enim in eis sit cognitio veritatis diuine quam non videt fides in eis est. Item cum veritas quam creditur sit excedens rationalem intellectum ut quia deus est trinus et vnus; et quia filius dei est humanatus et passus; ideo fides huius veritatis est donum gratuitum; seu habitus non naturalis seu acquisitus. Quia vero huiusmodi fides in demonibus sine amore est; ideo informis est. Et si obijciatur quod nullus credit nisi volens; demon autem non afficitur ad credendum sed nolens credit; Respondet Alexander quod credere sine quod est motus fidei formate procedit a voluntate. Sine vero quod credere est motus fidei informis potest diabolus credere nolens. In hoc enim quod diabolus sentit se puniri a diuina virtute in christo; cogitur credere deum humanatum et ceteros articulos fidei. Et quousque talia signa et miracula compellant intellectum demonis ad assentiendum articulis; non possunt tamen compellere nec necessitare intellectum viatoris de lege communi; quia demones per experientiam sciunt quod sequentes et imitantes mores et doctrinam christi saluantur; et quod educit presens de limbo; et alias experientias habet tam manifestas et notas quod conuincunt ad credendum omnia esse vera que christus docuit. tales autem experientias nullus viator habet. Hoc idem scriptis Theobaldo. videtur sentire. ij. q. v. ar. ij. Demones inquit coguntur ad credendum ex perspicacitate naturalis intellectus. et hoc ipsum displicet eis quod signa fidei sunt tam euidencia ut per ea credere compellantur. Si dicatur quod ex ista solutione habet quod demones ex perspicacitate naturalis ingenii et euidencia signorum et experientia multiplici habent sufficientiam media ad concludendum euidenter vel saltem necessario ea que sunt fidei nostre. et per presens intellectus demonis deducto omni imperio voluntatis necessitatur et compellitur ad assentiendum articulis fidei; quod secunda ratio pretendebat. Respondetur dupliciter. Primo quod nec perspicacitas intellectus demonis; nec euidencia signorum supernaturalium; nec experientia sufficiunt nec presens simul ista causare euidenciam de articulis fidei vel veritate articuloz ut dictum est. talis enim euidencia presupponit noticiam intuitiuam vel abstractiuam diuine essentie; que de communi lege non est possibilis viatori nec demonibus. bene tamen verum est quod quanto intellectus demonis est perspicacior; per talia signa et experientias firmiter credit quod christi doctrina sit vera. Unde credo quod nec demones nec apostoli nec aliquis intellectus creatus per aliquid quod audierunt a christo vel viderunt fieri ab eo necessitabantur vel sciebant scientia proprie dicta quod christus esset deus; quousque ex concursu talium miraculoz cum fide informi vel formata habuerunt vel habere poterunt quandam perfectiores noticiam quam nos habeamus; qui nec christum audiuimus nec vidimus talia miracula facientem. Secundo dicitur quod in demonibus non est proprie fides infusa; nec credere a tali fide elicium; cum demones per peccatum amiserint dona omnia gratuita; ut dicitur in glo. sup illud Ioseph. iij. Ipsi respiciunt ad deos alienos et diligunt vanitatem vanitatum; nec in eis est scire respectu talium credibilium. sed firma

opinio seu estimatio a qua non possunt absolui. Et huius signum videtur esse quia licet per miracula christi et fidem ecclesie habuerunt estimationem de christo quod fuerit filius dei; non tamen firmam fidem omnem formidinem excludentem; aliter diabolus non temptasset christum in deserto credens ipsum esse purum hominem. Ad terciam rationem dico quod nulla ratio vel assensus que innititur auctoritati humane quantumcumque veraci in naturaliter vel supernaturaliter cognoscibilibus necessitat intellectum; sed generat fidem vel opinionem ut dictum est. dato etiam quod constaret alicui euidenter aliquam multitudinem esse veracem in verbis; honestam in vita; et circumspectam in naturaliter scibilibus; non tamen constat alicui talem multitudinem in his que ratio naturalis non attingit non posse male iudicare et multipliciter decipi. et quia quilibet utens ratione hoc potest iudicare et percipere; nunquam aliquis necessitabitur ad credendum christiane tali multitudini. Ad confirmationem dicitur quod solum probat; quod intellectus per talia miracula et testimonia multitudinis veracis et consuetudines potest manuduci ad credendum sine formidine saltem actuali; sed non necessitari vel compelli; quinimo intellectus sibi relictus deducto imperio voluntatis et fide infusa discutiens talia media semper inueniet se formidolosum; et iudicabit talia non sufficere ad credendum christiane.

¶ Secunda opinio quod ad credendum christiane preerigitur de se apparentia credibilium cum imperio voluntatis.

¶ Altera vero opinio quorundam theologorum est: quod ad credendum christiane intellectus creditus non necessitat per rationem aliquam demonstratiuam; ut precedens opinio dicit; sed preerigitur de se apparentia credibilium ex parte intellectus. qua circumscripita neque intellectus posset credere; nec voluntas per suum imperium intellectui ad credendum determinare. Et huius opinio cui defensor predictus conclusionis innititur probat per ordinem. iij. conclusiones. Prima: quod ad credendum christiane intellectus creditus indiget intrinsece vel extrinsece determinari respectu credibilium propter apprehensiones eorumdem. Cuius ratio est; quia omne tale credere est assensus talium veritatum respectu quarum intellectus de se est neuter; vel que sunt neutra intellectui ante tale credere. igitur conclusio vera. Quia per et aliter probat; quia intellectus ex sui natura non potest assentire sine formidine alicui propositi sibi neutre; quousque illa manet sibi neutra; nec ipse se solo sufficit propositi sibi neutram nunc; facere non esse sibi neutram; quia non minus intellectus ad assentiendum requirit apparentiam veri; quam voluntas apparentiam boni vel mali ad actuandum se volitive vel nolitive. Preterea cum neutralitas illa sit equalitas quedam inter assensum et dissensum; si illa debet tolli oportet motum aliquod concurrere; quia intellectus de talibus credibilibus non habet euidenciam per sensum nec per intellectum immediate; nec per rationem naturalem. quousque quantum est de se non potest precise in lumine naturali ad eorum assensum ex consideratione nature rei significare per talia credibilia peruenire. quousque quantum non determinat aliunde extrinsece vel intrinsece manent sibi plebuntata neutra e. ij.

ergo ad hoc quod intellectus assentiat indiget intrinsece vel extrinsece determinari respectu credibiliū preter apprehensionem eorundem. Secunda conclusio quod ad credendum christiane non sufficit intellectui merum voluntatis imperiū cum apprehensione credibiliū et influencia dei generali. Probatur: quia si voluntatis imperiū sufficeret cum predictis ad credendum; sequeretur quod voluntas per solū suū imperiū posset determinare intellectum ad assentiendum propositioni sibi dubie. Quia tenet cum credibilia de quibus agitur secundum communem dei influentia sunt intellectui propositiones dubie siue neutre, falsitas patris probatur: quia tunc non oportet hominem dubitare de aliqua propositione nisi ipse vellet quod experientia docet esse falsum de multis propositionibus de quibus homo dubitat vellet nolit. Sequeret ultra quod homo posset dicere quicquid vellet ad quascunque propositiones sibi non evidentes sine mendacio, falsitas patris de se, et patris probatur: nam quoniam vellet dicere unam propositionem esse veram; posset libere credere quod esset vera: et quoniam vellet dicere oppositū posset libere credere hoc esse falsum; quod est ridiculum et contra experientiam.

**Rationes Durandulani Concordie Comitiss
pro secunda conclusione secunde opinionis.**

Predictam autem conclusionem probat defensor: predicte conclusionis in suo apologetico pluribus rationibus. Primo sic: quia non est in libera potestate hominis opinari sic vel sic esse cum vult, ergo non est in libera potestate hominis credere sic vel sic esse cum vult, patet patris: quia si de quo magis videtur inesse et non inesse; nec id quod minus, sed minus est adherere alicui cum formidine ad oppositum; quod sine formidine, ergo, antecedens est expressum ab Aristotile in .ij. de anima textu .xv. Clij, et per experientiam patet: quia quilibet in se experitur: quod oblata ei propositione dubia ad neutram partem opinandam per assensum inclinatur; donec ei nova supervenerit apparentia; vel per sylogisticam rationem; vel per intuitivam noticiam; vel per testimonium multorum: vel per auctoritatem dicentis; vel per aliud simile. Secundo sic arguitur: Non est in potestate hominis libera facere apparere aliquid suo intellectui esse verum; et facere apparere non esse verum, ergo non est in potestate hominis sic vel sic credere esse vel non esse verum, tenet consequentia: quia contradictio est aliquem credere aliquid et assentiri illi; et illud ei non apparere esse verum. Assumptum probatur: quia hoc vel hoc apparere tale vel tale intellectui; est hoc vel hoc taliter vel taliter re presentari intellectui; et hoc non potest dependere ex imperio voluntatis; quia hoc precedit actui voluntatis. Tercio sic: Actus qui est assentire et actus qui est dissentire sunt actus habentes rationes específicas oppositas, et ad assensum vel non assensum non poterit determinari intellectus per solū imperiū voluntatis, ergo ad hoc quod aliquis per intellectum credat articulum fidei esse verum vel non credat; non est per hoc precise; quia sic vult vel non vult credere,

sed ex aliquo alio intellectu ex se neutro ad talis actus specificationem determinante: quod non videtur esse aliud quam apparentia credibilis ex parte rationis. Quarto sic: ad illud credendum non determinatur homo precise per actum voluntatis; de quo interrogatus cur illud credat non assignabit precise actum voluntatis, sed ita est quod interrogatus aliquis cur credat potius christiane fidei quam fidei mahumetensiū non assignabit precise actum voluntatis, ergo non inclinatur quis ad credendum per precise actum voluntatis. Quod autem non assignetur merus actus voluntatis patet per experientiam et per dicta theologorum: a quibus communiter illa octo allegantur cur evangelio debeamus credere; scilicet pronuntiatio prophetica, scripturarum concordia, auctoritas scribentium, rationalitas contentorum, irrationalitas singulorum errorum, ecclesie stabilitas, miraculorum claritas. Quinto sic arguitur: quotienscumque aliqui duo determinant ad credendum opposita; et quilibet illorum per hoc precise determinatur: quia vult sic determinari; non potest dici quod rationalius iste moveatur ad credendum quam ille, sed datis duobus quorum alter vult credere, esse verum; et alter non vult credere: est dicere hunc vel illum velle rationalius et alium irrationalius, ergo illi ad sic vel sic velle non determinatur quia precise sic volunt, maior huius rationis est nota: quis ut inquit Albertus in tercio de anima; cum voluntas sic agit precise quia vult sic agere; assimilatur tyranno in cuius actione non queritur ratio actus; quia ipse agere non est secundum rationem agere; sed pro libito agere, minor est manifesta; quia quotidie dicimus mahumetistas vel iudeos irrationaliter in hoc agere quod non credunt; et nos rationaliter agere quia credimus. Quod si causa precisa quare ego crederem; ille non crederet esset precise; quia ego vellem ille non vellet; uterque esset actus tyrannicus voluntatis; et in neutro apparet maior vel minor rationalitas; sed mera potestas et imperiū tyrannicum voluntatis; quod videtur de rogare dignitati fidei christiane. Relinquitur ergo quod ad credendum non sufficit intellectui merum voluntatis imperium.

**Rationes Scoti et Durandi in .ij. sententiarum pro tertia
et quarta conclusionibus secunde opinionis.**

In duabus conclusionibus precedentibus adligit secunda opinio duas alias quas Scotus et Durandus in .ij. sententiarum, asserunt et defendunt. Quarum prima et tertia in ordine est hec: Ad credendum christiane non sufficit apprehensio credibiliū cum fide infusa et imperio voluntatis. Probatur: quia infusa fide in baptismo; et postea intellectu formate in se istam; deus est trinus et unus; non est in potestate voluntatis quod appareat sibi sic esse in re sicut illa propositio significat, ergo quocumque voluntas velit; non oportet quod intellectus assentiat nisi plus concurrat. Confirmatur secundum Augustinum in de spiritu et littera. Neque inquit credere possis aia quolibet libero arbitrio; si nulla sit insusio vel vocatio cui credat, sed si habet fidei cum apprehensione articuloꝝ et imperio voluntatis e. ij.

sufficeret ad assensum eorum: non requireretur persuasio vel vocatio specialis.
Quarta conclusio: ad credendum christiane de necessitate requiritur apparentia
credibilis ex parte intellectus. Cuius ratio est: quia neque intellectus ex se suffi-
ciens est ad talem assensum: ut patet ex conclusione prima, nec voluntas per suum
imperium sufficit intellectum determinare posita articuloz apprehensione cum
influentia dei generali: ut patet ex secunda conclusione, nec predicta sufficit
vna cum habitu fidei infuso: ut patet ex tertia conclusione, ergo ultra requiritur appa-
rentia credibilis ex parte intellectus. Et confirmatur per Aug. ubi supra de spiritu
sancto et littera dicente: Non ideo voluntate credendi diuino numini dicimus tribuendam
solum quia ex libero arbitrio est quod nobis naturaliter concreatam est: sed etiam quod
visio scilicet miraculoz vel cognitioz suasionibus agit deus ut velimus et cre-
damus, siue extrinsecus per exhortationes ubi etiam mandata legis aliquid agunt
ad mouendum hominis infirmitatem ut ad gratiam iustificantem credendo confugiat,
siue intrinsecus ubi nemo habet in potestate quid ei eueniat in mente. Et subdit
his modis quomodo deus agit cum anima rationali ut ei credat: profecto et ipsum velle
credere deus operatur in nobis. Ex qua auctoritate patet quod ad credendum christi-
ane requiritur apparentia veritatis credibilis. Secundo ad eandem conclusionem
arguit Durandus in tertio, secundum, quia fides infusa non potest exire in actum sine fide
acquisita, vocando fidem acquisitam omnem cognitionem acceptam ex appa-
rentibus, ergo ad credendum christiane requiritur apparentia credibilis, quia tenet
et assensu probatur multipliciter. Primo quia indei habentes fidem infusam sine
habitu et sine actu respectu aliquorum credibilium: per illam non assentiebant nouis
articulis a christo eis propositis, alioquin omnes habentes fidem assensissent:
quod non est verum, et qui assenserunt: hoc fuit concurrente cum fide infusa
noticia acquisita ex vita et miraculis, ergo fortiori ratione ille qui haberet so-
lum fidem infusam: que nunquam exisset in actum respectu quoruscumque credibilium
non assentiret articulis sibi propositis plus quam oppositis eorum per solam fidem
infusam: nisi concurreret aliqua noticia acquisita: imo forte si talis esset mira-
culose predictis cognitione naturali facilius assentiret oppositis articuloz
quam articulis, talis enim facilius crederet vnum esse suppositum in diuinis quam
tria: et deum non esse hominem quam esse hominem. Secundo idem antecedens pro-
batur per id quod dicit beatus Augustinus in epistola contra fundamentum
Manichei: Euangelio non crederem nisi crederem ecclesie approbanti, et iterum:
Euangelium nazareorum non admitto quia ecclesia non admittit. Assensus
autem dependens ex approbatione ecclesie est acquisitus, ergo fides infusa
non sufficeret ad credendum articulos in euangelio contentos: si non con-
curreret noticia ex approbatione ecclesie acquisita. Preterea actus qui depen-
det ex aliquo apparere in se: si sit respectu obiecti non apparentis in se non potest
procedere ex solo habitu infuso, si actus credendi articulos est hominibus, ergo non
potest procedere ex solo habitu infuso, maius patet: quia cum habitus infusus non fa-
ciat obiectum quod in se non est apparens esse apparens: si actus dependet ex
aliquo apparente: impossibile est quod ad talem actum sufficiat habitus infusus.

minor declarabitur statim: et ostendetur quod oportet actum credendi resolvere
ad aliquod medium quod est in se apparens. Et confirmatur hoc per dictum Sal-
uatoris Jo. xv. Si non venissem inquit et locutus eis non fuisset peccatum
non haberent. Si opera in eis non fecissem que nullus alius fecit peccatum non
haberent. Constat autem quod non habuissent excusationem de peccato incredu-
litate: dato quod christus non fuisset eis locutus vel alia miracula fecisset: si fides in-
fusa sufficisset ad credendum: dummodo credibilia fuissent eis proposita. Videtur
ergo quod ad credendum non sufficiat fides infusa sine aliqua acquisita noticia, et
ideo secundum apostolum ad romanos. i. ad credendum opus est predicatioe, predicatio autem
non est simplex propositio credibilium: sed est cum persuasioe ex scripturis vel
figuris vel aliquo apparenti. Confirmatur precedentis deductio: quia per fides
nunquam dimittitur totaliter ratio humana: quia quis aliquod creditum sit tota-
liter supra rationem humanam: ut deum esse trinum in personis: medium tamen
credendi hoc et consimilia oportet resolvere ad aliquid cum quo concorditer con-
currit ratio humana et in generali et in speciali. In generali quidem: quia ipsa
ratio dicit quod nec deum in se nec effectus sue potentie potest ratio nostra tota-
liter comprehendere: imo nec forte aliqua eorum attingere quantum est ex nobis
pure: propter quod ex consequenti ratio dicit quod talibus est assentiendum ex
auctoritate illius qui talia nouit cuiusmodi est deus. In speciali vero: quia primum
creditum ad quod ultimo fit resolutio credibilium est ecclesia non decipi in fide
tanquam recta a spiritu sancto: cui concordat illud quod dominus dixit Petro Luc. xxii.
Ego pro te rogavi petre ut non deficiat fides tua. Ad hoc autem clare et concorditer
concurrit ratio humana que dicit ex apparentibus quod doctrina confirmata
per tot signa a martyribus seruata inter tot supplicia sit vera. Et ideo ratio
totaliter non dimittitur a credente: imo non est possibile aliter credere saltem me-
ritoze. Cum enim credere sit quoddam assentire: assentire autem nullus potest
nisi ei quod apparet verum: oportet quod illud quod creditur appareat rationi
verum vel in se vel ratione medij per quod assentitur: et si ratione medij illud me-
dium apparebit verum vel in se vel per aliud medium, et si non est processus
in infinitum oportet quod deueniatur ad primum quod appareat rationi esse verum
in se et sine se: et tale sine se concordat rationi, ergo fides non excludit rationem
sed supponit ipsam: licet non rationem demonstratiuam. Unde ipsemet Sal-
uatoris doctrinam fidei quam predicabat reduxit ad quedam apparentia in se
scilicet ad miracula: ut ex apparentibus et visis ratio assentiret dictis non ap-
parentibus. Unde Jo. r. postquam dixerat: Ego et pater vnum sumus quod non
est apparens in se: adiunxit: Si non facio inquit opera patris mei nolite cre-
dere: si autem facio et si mihi non vultis credere: operibus credite: ut cogno-
scatis et credatis quia pater in me est et ego in patre. Et idem fuit de doctri-
na apostolorum: de qua dicitur Barth. vlti. quod predicauerunt domino cooperante
et sermonem confirmante sequentibus signis. Ex his igitur patet quod ad crede-
dum christiane preexigitur de per se apparentia credibilis ex parte rationis.

**Confutatio secunde opinionis q̄tum
ad terciam ⁊ quartam conclusiones.**

P Redicta autem secunda opinio q̄tum ad conclusionem principaliter intentam; q̄ ad credendum requiratur de per se apparentia credibilium videtur falsa ⁊ in fide periculosa; si intelligatur de credere fidei xp̄iane. Quod tali rōne probatur; quia fides xp̄iana inclinatur ad assentiendum veritatibus fidei propter solam auctem dei revelatis. Per hoc enim differt fides fm rōnem generalem fidei; ⁊ singulariter fides xp̄iana ab opinione ⁊ scientia ceterisq; habitibus intellectualibus; vt patet ex dictis. Assensus autem dependens ex sola aucte dei revelantis non requirit de per se rōnis apparentiam; cū vnum excludat alterum. ergo ad credendum xp̄iane non requiritur de per se apparentia rōnis. Et confirmatur per Durādum; cui defensor predicte cōclusionis in hac materia ⁊ pluribus alijs innititur: qui in prologo sententiarum q. prima sic scribit. Fides inquit potest accipi dupliciter. Vno mō pro fide que innititur aucti humane. ⁊ hec nō differt ab opinione; quia locus ab aucte humana est topicus; ⁊ argumentum inde sumptum est debilissimū. Alio modo accipitur fides pro fide que innititur aucti diuine. ⁊ hec est fides xp̄iana per quam solum assentitur alicui; vt est reuelatum a deo; ⁊ non vt ab alio deductum; deductione pure fundata super naturas rerum ex humana rōcinatione. Unde si aliqua deducantur in sacra scriptura talis deductio et ipsa deducta tenentur ex fide vt a deo inspirata. Ex quo patet q̄ fidei xp̄iane repugnat assentire alicui propter rōnis apparentiam; ⁊ inde est q̄ fides xp̄iana dicitur ab Ap̄lo argumentum non apparentium. Preterea dicere ⁊ asserere q̄ fides infusa per se non posset exire determinate in actum credendi sine fide acquisita aut persuasione vel apparentia rōnis est erroneū ⁊ in fide periculosus; eo maxime; q̄ fides acquisita cum innitatur probabilī rōni vel apparentie semp inclinatur ad assensum formidolosum. que quidem formido cum sit propria et intrinseca fidei acquisite; vt ex supradictis patet; nec per voluntatis imperium nec fidem infusam potest auferri ipsa manēte. Et hinc est q̄ Scotus in. iij. sen. ⁊ in quadā questioe de quodlibet sub dubio relinquit; an fides acquisita concurrat simul cum infusa ad causandum assensum circa credibilia. Cuius ratio est; quia quando due cause partiales concurrunt ad aliquem effectum; quaz vna est contingens ⁊ altera necessaria; semper effectus sequitur conditionem cause debilioris; vt patet in mixtionibus sylogisticis ⁊ in causis efficientibus. Si ergo fides acquisita vel rōnis apparentia de per se cōcurrat in xp̄iano cū fide infusa ad assensum creditiuū; cū fides infusa ex sua intrinseca ratiōe inclinet certitudinaliter ⁊ in formidolose; cum sit donum dei. fides autem acquisita incertitudinaliter et in formidolose; cum innitatur humano testimonio vel rōni dialetice vel probabilī; sequit̄ q̄ assensus creditiuus ab his duobus causatus erit incertus ⁊ formidolosus; ⁊ sic fidelis per fidem infusam non hēret firmam certitudinem actualem de his que credit quod est hereticū. Confir-

matur ista opinio per Ap̄lum ad Heb̄. xi. Fides inquit est substantia rez sperandarū argumentum non apparentium. Item Iohes Damascenus. iij. sen. Fides est eoz que sperantur bypostasis; id est subsistentia rerum que non videntur indistabilis ⁊ iniudicabilis species eoz que a deo sunt nobis annūciata id est non inquisitus consensus seu imperscrutatus. Quod exponēs magister Alexander. iij. parte summe. q. lxxviii. sic dicit: Est enim in genere cognitionis fidei triplex differentia; quedā enim est ex humana rōcinatione; de qua dicitur q̄ fides non habet meritū cui humana ratio prebet experimentū. quedā vō est ex scripturarū aucte seu testimonij fm q̄ dicit Aug. ad Paulinaz; Si diuina scripturarū que canonicē in ecclesia noiantur p̄spicua aliquid firmat aucte; sine vlla dubitatioe credendum est. Et ad Heb̄. xi. Hi omnes testimonio fidei probati sunt. quedam vō est ex lumine gratie infuso cleuante ipm intellectum supra se ad assentiendum veritati prime propter se ⁊ super omnia. Scdm quem modū dicit Aug. ad Consentiuū; Fides est illuminatio mentis ad summam veritatem. ⁊ fm hūc modum fides a Iohē Damasceno dicitur indistabilis ⁊ iniudicabilis species eoz que a deo nobis annūciata sunt. ista autem annūciata intelligit credenda; sed quia credendis potest intellectus assentire per fidem habitam ex humana rōne; que quidem diiudicabilis est intellectu; ideo fides xp̄iana ⁊ salutaris dicitur species iniudicabilis. Preterea quia intellectus potest assentire per fidem que colligitur ex scripturarū aucte vel testimonij; vt quia ita dicitur scripture ⁊ quia antiqui patres crediderunt; ideo fides dicitur species indistabilis. Fides enim que est ex testimonio vel aucte scripturarū est velut remota dispositio ⁊ distans ratio respectu credendorum. disponit enim aiam ad receptionem luminis quo assentiat prime veritati p̄ se; sed per modū nature non gratie; ⁊ dicitur ipsaz introducere sicut seta filuz ⁊ tunc ratio cessat humana; quando ei non innititur fides introducta. Falsus igitur ⁊ in fide periculosus est dicere q̄ ad credendum xp̄iane requiritur de per se apparentia credibilis ex parte rōnis; vt secunda opinio asserit.

**Tercia opinio cōmunior ⁊ sacre scripture p̄formior
q̄ ad credendum xp̄iane sufficit lumen fidei infuse cū
imperio voluntatis ⁊ determinatione credibilium.**

Quia defensor predicte conclusionis asserit se non vidisse nec legisse aliquem doctorem sue opinioni contradicentem; ne gloriatur de sua sapientia; adducende sunt contra suam opinionem antiquoz et modernoz theologoz sententie irrefragabiles; priusq; argumenta ⁊ motiua pro secunda opinione inducta soluamus. Prima ergo opinio est magistri Guillelmi Parisien. prima parte libri sui de fide ⁊ legibus; qui ex intentione probat necessitate fidei infuse ⁊ insufficientiā fidei acquisite hoc modo. Ex solis inquit naturalibus non ascendit supra naturam vel naturalia; nec aliqua virtus vel potentia per semetipsum est maior vel fortior seipsa. Intellectus igitur būanus

per semetipsum vel naturalia non potest credere contra se vel supra se vel se ipsum vincere, sed intellectus humanus tenet multa credere contra se; id est contra naturalem suam inclinationem. Quod sic probatur: quia eodem iure et eque pleno tenetur humanus intellectus esse subditus deo sicut humanus affectus, sed humanus affectus sic est debitor deo: quod propter deum habet contra se operari; ut contra seipsum et contra suam naturalem inclinationem amare vel odire, ergo humanus intellectus propter deum habet contra seipsum credere. Necessarium est igitur humanum intellectum super omnem lucem naturalem illuminari fortiori lumine, naturalibus autem illuminatibus nulla est fortior hic in via quam gratia, ergo gratia: hoc est diuine largitatis donum gratuitum quo intellectus humanus propter deum credit contra seipsum est necessaria. Hec autem gratia est fides infusa, ergo fides infusa est necessaria ad credendum que sunt supra naturam. Ex quo fundamento concluditur quod actus siue operationes fidei infuse et acquisite non solum differunt secundum magis et minus; ut quibusdam placet, sed differunt specie: quia lumina descendunt a rebus creatis et a rationibus probabiliibus, et aliter secundum speciem lucet intellectus ex irradiatione primi luminis aliter ex irradiatione a rebus creatis et infinitis. Secundo sequitur quod credere improbabilia fortitudinis est atque vigoris nostri intellectus: sicut amare damnosam et molestiam fortitudinis atque vigoris nostri affectus: quia sicut intellectus humanus credit contra seipsum propter deum; sic humanus affectus amat contra seipsum propter deum. Tercio sequitur quod credere ea que apparent esse vera non est virtutis intellectus; sed credere ea que non apparent vel non vident esse vera; hoc est ex virtute credentis; quia talis credulitas contra se bellum habet, ideo victoria est virtuosa. Quarto sequitur quod non exhibet deo digna credulitas seu debita fides que sibi impendit propter suasionem aut probationem; quia talis etiam cuiuslibet alteri daretur: sublimior igitur ei debetur. Unde potest sic argui: Aut credendum est deo sine aliqua suasionem et probationem; aut non. Si sic habet propositum. Si non; ergo non aliter sibi credendum est quam cuiuslibet alteri. Nec valet dicere quod ei creditur sine suasionem; sed tamen quia verax est: quia hoc est credere cum suasionem. Nam qui sic credit: suasionem habet quod deus verax non vult mentiri nec precipere quod falsum credamus, et sic crederet cuiuslibet viro bono. Nec in hoc bonificat deus; quia sic cuiuslibet crederet qui eandem causam credulitatis haberet, sed deo debetur specialis bonificentia et obedientia in credendo; quare credendum est sibi sine quacumque persuasionem et rationis apparentia. Quinto sequitur quod intellectus non est firmus aut fidelis; si credit per rationem aut apparentiam rationis: quia talis est infirmus requirens baculum ad ambulandum; et ratio est baculus cui innititur. Igitur qui per rationem credit non firmiter credit. Item talis est sicut venditor incredulus qui emptori aliter non credit nisi per pignus et cautionem ei crediderit. Probatio autem est velut pignus aut cautio sine qua non credit. Quare manifestum est intellectum exactorem homini pignoris esse credulitate infirmum et incredulum. Sexto sequitur quod sicut multitudo et magnitudo

pignoris in domo venditoris; quous securitatem eis faciunt signa tamen sunt incredulitatis ipsius; sic pignora et securitas probationum designant incredulitatem intellectus. Patet hoc idem per exemplum de multitudine baculorum et apponitiorum que designant infirmitatem ambulantis. Septimo sequitur quod sicut homini credulitas siue fides que fit per probationes vel suasiones non est virtuosa sic ipsa est viciosa et deo contumeliosa; ideoque damnatione ac supplicio dignissima. Primum patet: quia virtus est circa difficile, homini autem credulitas non solum non est difficilis sed facilis; quia sicut impossibile est non credere manifeste vera sic difficile est non credere probabilia. Secundum patet: quia sicut contumelia fit viro note bonitatis si ei absque pignore non credat; sic deo: et quanto maior tanto melior. Item non est quis ita mendax; cui cum pignore non credatur, que ergo reuerentia fit deo si ei sic credatur vel fides adhibeatur. Item tali credulitate non creditur deo sed probandi; sicut venditor non credit emptori sed pignori. Octavo sequitur quod deo digna credulitas est illa et sola talis; qua ei creditur sine omni pignore rationum aut probationum coactione; gratis scilicet et obedienter, et non propter hoc quod verax est aut verum est quod loquitur, et omnia alia credulitas est irreligiosa et deo contumeliosa; quia pro talem deo non creditur; sed pignori rationum quare nec talis facit fidelem. Finaliter infert predictus doctor: quod inquisitio probationum est unum impedimentum in cognitione legis christi seu veritatis articulo.

Opinio Alexandri de Alis: quod ad credendum christiane non requiritur de per se apparentia rationis.

e Andem opiniones tenet magister Alexander de Alis, in parte summe q. lxxviii, qui postquam probauit necessitatem fidei infuse; quam solam vocat salutarem; ex intentione probat multipliciter quod talis non sit per rationes suasa nec probata hoc modo. Sicut aliud inquit est diligere aliquem ex suis meritis; seu ratione beneficii vel utilitatis, aliud vero diligere ipsum sine meritis et sola virtute et gratia diligentis, sic aliud est credere ex probabilitate ipsius credibilis; aliud ex virtute credentis. Similis ergo virtus est amare improbum charitate: et credere improbabili fide, nec minoris virtutis est credere improbabile; quam improbum diligere. Si ergo ex charitate seu amore salutari contra merita improbus et inimicus diligitur, ergo ex fide salutari sine probatione et rationis suasionem improbabili veritati credetur. Item quod absque probatione et suasionem creditur; virtute credentis creditur, aut ergo deo hoc modo credendum est; et habemus propositum, aut non sine suasionem et probationem; et tunc non est ei alio modo credendum quam cuiuslibet alii, cuiuslibet enim alii probationem crederetur. Item non est adeo quis mendax; cui probationibus idoneis a quolibet non creditur, qui ergo non aliter deo credit quam probationibus idoneis et certis; manifestum est; quoniam deum in hac parte in nullo mendacibus anteponit: et ipsos deo in assensu credulitatis adequat; quod aperte dei contumelia est. Relinquitur ergo quod fides salutaris credit deo sine persuasionem et probationem. Item sicut deo deo

betur digna dilectio: ita ei debetur credulitas digna. Non est autem deo digna credulitas que propter persuasiones aut probationes impenditur: quia huiusmodi credulitas nec etiam bono viro et sapienti digna est. ergo si dignior credulitas deo impendenda est: credendum est ei sine ratione et persuasione. Item sicut affectus rationalis debet summe bonitati dignum amorem: ita intellectus summe veritati dignam credulitatem. Si ergo non est digna dilectio deo: qua diligat eius bonitas solum propter utilitatem: non erit eadem ratione digna deo credulitas qua assentitur prime veritati propter persuasionem veritatis vel probationem. Item cum virtus et ars circa difficilissima sint: credulitas autem que est per probationes non solum circa facillima est: sed etiam circa ea que impossibile est vel difficile non facere. Impossibile enim est non credere manifeste vera: difficile autem est non credere probabilia. Relinquit igitur huiusmodi credulitatem non pertinere ad virtutem. Item supposito exempli gratia quod si sit ratio venditoris mercis sub pignore vel cautione: et intellectus credentis probatione: quia sicut de manu talis venditoris merces non emit nisi prius securitatem pignoris vel cautionis tenuerit sic nec de huiusmodi intellectu erit credulitas: donec mediis probationibus habuerit. Finaliter arguitur: exactio pignoris non est nisi ex puritate credulitatis: quoniam enim multitudo pignorum venditori securitatem faciat: testimonia tamen sunt incredulitatis ipsius. ergo ex parte intellectus exactio probationis testimonium est sue incredulitatis: quoniam sint huiusmodi probationes intellectui quedam securitates. Si ergo intellectus per incredulitatem non potest placere deo: nec per fidem que est coacta per probationem placebit deo. Fides igitur salutaris non est per probationes. Hec Alexander in forma.

Opinio beati Thomae: quod ad credendum ratione non requiritur de per se apparentia rationis.

e Andem iniam tenet beatus Thomas in questionibus de veritate. q. xliij. et in. iij. sen. et breviter omnes Thomistarum schola. Et in. ij. ij. ubi querit an ratio que adducit ad ea que sunt fidei diminuit meritum fidei: sic respondet: Ratio autem humana inducta ad ea que sunt fidei dupliciter se potest habere ad voluntatem credentis. Uno quidem modo sicut procedens: puta cum aliquis aut tamen haberet voluntatem: aut non haberet promptam voluntatem ad credendum nisi ratio humana induceret. et sic ratio humana inducta diminuit meritum fidei. Sicut enim homo actus virtutum moralium debet exercere propter iudicium rationis: non propter passionem: ita credere debet homo ea que sunt fidei non propter rationem humanam: sed propter auctorem divinam. Alio modo ratio humana potest se habere ad voluntatem credentis posterius: cum enim homo habet promptam voluntatem ad credendum diligit veritatem creditam: et super ea excogitat et amplectitur si quas rationes et congruentias ad hoc invenire potest. et quantum ad hoc ratio humana non excludit meritum fidei: sed est signum maioris meriti. Sic etiam passio presequens in virtutibus moralibus est signum promptioris voluntatis. et hoc signat Jo. iij. ubi Samaritani ad mulierem

per quam ratio humana figurat dixerunt: Jam non propter tuam loquelam credimus Hec Tho. Hoc idem sentire videt magister Guillelmus Altissiodorensis in sua summa li. iij. c. de fide. et li. i. c. i. et fere omnes theologi antiqui et moderni paucis exceptis

Opinio domini Petri de palude: quod ad credendum ratione non requiritur de per se rationis apparentia.

e Andem quoque opinionem tenet dominus Petrus de palude. li. sen. ubi ex intentione tenet et probat quod per fides infusam sine fide acquisita vel quacumque apparentia credibilis per solum imperium voluntatis et determinatione vel explicatio credibilium potest intellectus exire in actum credendi ad salutem necessarium. vbi sic scribit: Fides infusa non potest exire in actum credendi aliquo modo nisi ipsum credibile proponat per quicumque quocumque vel ab homine verbo: vel a deo vel angelo: et sic fides est ex auditu. Et huius ratio est: quia fides est habitus adhesivus. vbi cum non magis determinet intellectum quam habitus naturalis: sicut habitus primorum intelligibilium specularium vel agibilium nunquam inclinatur ad assentiendum eis nisi proponantur termini aliquo sensu interiori vel exteriori: sicut puer nunquam sciret istud principium: de quolibet esse vel non esse: nisi audivisset vel legisset: vel aliquo alio sensu percipisset: sic ea que sunt fidei: nisi proponantur per doctrinam vel revelationem vel aliquem alium modum: intellectus non crederet. In hoc tamen est differentia: quia principia naturalia potest intellectus per se invenire sine alterius verbo vel scripto: quibus propositis et apprehensis non potest intellectus non assentire nec in eis errare. iij. metaphys. Ea autem que sunt fidei non potest intellectus per se invenire. sed ipsis propositis et apprehensis potest non assentire et circa talia errare. Cuius ratio est: quia dato quod lumen fidei sit formaliter et subiective in intellectu: non inclinatur tamen intellectum ad assensum credibilium vel articulorum nisi mediante voluntate. et inde est quod credere dicitur actus intellectus moti et determinati per voluntatem. Quod autem talis fides infusa possit exire in actum credendi sine fide acquisita vel apparentia rationis probatur tripliciter. Primo sic: quia existens in gratia potest vincere omnem temptationem sine adminiculo hominis vel influxu speciali non consentiendo: sicut illud: Sufficit tibi gratia mea. Si ergo puero baptizato quod nihil audivit de articulis diabolus vel hereticus persuaderet contrarium fidei: puta deum non esse trinum et unum: vel non esse incarnatum: aut non possit non assentire errori: et sic non sufficeret gratia ad salutem: quod est erroneum: aut posset non assentire: et hoc esset per fidem infusam: quod est propositum: quia non vitat peccatum nisi per virtutem oppositam. habitus autem non fugit suum contrarium: nisi quia inclinatur per se et primo ad suum proprium obiectum: sicut graue non recedit a sursum: nisi quia tendit deorsum. Si ergo fides sufficit ad non assentiendum errori: hoc est quia determinate inclinatur ad assentiendum veritati: non tamen necessario ut dictum est: sed libere et contingenter mediante voluntate. Secundo sic: non minus inclinatur habitus intellectualis ad iudicandum: quam moralis ad eligendum: sed castitas infusa oblata materia temptationis puero cum primo sentit tempta

iones carnis inclināt determinate ad eligendū castitatem ⁊ fugiendū oppositū: imo luxuriosus spiritus p̄ habitū infusum inclināt determinate ad castitatem sine omni exteriori adminiculo vel speciali influxu: non necessario tñ: sed sufficient̄ quōis habitus acquisitus inclinēt eum ad luxuriā, ergo pari ratione fides habitus intellectualis infusus occurrēte materia fidei etiā occurrēte rōne in contrariū: inclinabit sufficienter ad assentiendū veritati ⁊ dissentiendū errori sine fide acquisita vel rōnum apparentia. Tercio sic: oīs habitus per se sine omni alio potentia determinate determinat ad aliquid plusq̄ si non esset aliter cū sit pp̄ indeterminatiōem tollendā: si ad nihil determinate inclinaret oīno frustra esset ⁊ frustra nomen habitus haberet. Si ergo habens fides infusam proposito sibi articulo credibili ad nihil determinate inclinatur plusq̄ si fidem nō haberet: sed tūc solū inclināt per fidem infusam q̄si articulus proponitur cū aliquali persuasiōe: aut cū miraculis: cū fides acquisita inclinēt ad assentiendū facilius promptius ⁊ discretius q̄ si nō hēret: tūc fides infusa eēt miserabilior ⁊ imperfectior habitus de mūdo: cū oīs alius habitus p̄ se ad aliquid inclinēt: iste autē nō nisi cū alio. Et confirmat̄: q̄a si fides infusa ad nihil determinate inclinaret: tunc si proponat̄ articulus sub dubio nō arguendo pro nec contra nec affirmando alterū: nesciet fidelis quid eligat. q̄ videt̄ absurdum: q̄a maior debet eē determinatio ⁊ certitudo in fide infusa q̄ in opiniōe: ⁊ tñ opiniō que est contra fidem xp̄ianorū inclināt ad alterū determinate. Si diabolus preterea vel heretic⁹ suadeat oppositū fidei xp̄iane in nullo pl⁹ inclinabit̄ data illa opiniōe cōtra errorem fidelis h̄is fidem infusam q̄ nō habēs fidē q̄ est inconueniens ⁊ hereticū: quia habens fidem infusam si innitat̄ sibi pōt sufficienter vitare fm̄ doctores oēm errorem fidei contrariū. Hec dñs Petrus de palude patriarcha. Patet igitur fm̄ predictos doctores q̄ ad credendum xp̄iane non requiritur de p̄ se apparetia credibilis ex pte rōnis.

Responsio ad rōnes pro secunda opiniōe ad secundā conclusiōem primo loco inductas.

I considerent̄ que dicta sunt de fide infusa ⁊ acquisita: soluere non est difficile argumenta pro secunda opiniōe inducta. Nam p̄cessa prima conclusiōe ⁊ secūda dicimus: q̄ quōis ad credulitatem fidei acquisite nō sufficiat solū voluntatis imperiū cū apprehensiōe credibilis sine aliqua apparentia rōnis vt dictū est. Veruntñ quia predicta argumēta vident̄ p̄cludere contra opiniōem cōm: que ponit: q̄ ad credendum xp̄iane nō requiritur rōnis apparentia: r̄sidendū est iuxta p̄missa ad argumēta contra secundā conclusiōem primo loco inducta. Sed notandū primo fm̄ Tho. ij. sen. di. xxiij. q. ij. ar. ij. in solutiōe ad secundū: q̄ in fide quattuor p̄siderant̄: sc̄z ip̄m q̄s credendū est. rō voluntatem determinās ad credendū. voluntas intellectui imperans. ⁊ intellectus exequēs. ⁊ fm̄ hoc fides q̄tum ad eius determinatiōem ⁊ q̄tum ad eius actum qui ex nobis est: quōis habitus sit infusus dicitur esse

ex quattuor que in nobis sunt: q̄a q̄tum ad ip̄m credendū dicit̄ esse ex auditu quia determinatio credendorū fit in nobis vel per locutiōem interiorem qua deus in nobis loquit̄ vel per vocem exteriorē. q̄tum vō ad rōnem que inducit voluntatem ad credendū dicit̄ esse ex visione alicuius q̄s oñdit deum esse: qui loquit̄ in eo qui fidem annūciat. q̄tum vō ad imperiū voluntatis dicitur esse fides ex voluntate. q̄tum vō ad executiōem intellectus dicitur esse actus fidei ex intellectu. Item in solutiōe terciā sic dicit̄: Credere quidem in voluntate credentiū p̄sistit: sed oportet q̄ voluntas hominis preparēt a deo per grām ad hoc q̄ eleuet̄ in ea que sunt supra naturā. Ex quibus p̄ q̄ act⁹ fidei qui est assensus depēdet q̄tum ad executiōem ab habitu fidei ⁊ ab intellectu tanq̄ a causa proxima. Persuasiō vō vel predicatio exterior requirit̄ ad determinatiōem credendorū ⁊ ad proponendū intellectui suū obiectū materiale: puta aliq̄d complexū: nō autē ad causandū assensum. Sequit̄ terciō q̄ si fides infusa nec quo ad habitū nec quo ad actū suū principalē qui est assentire credibilibus dependet effectiue a fide acquisita: nec certitudo eius depēdet a certitudine fidei acquisite: vt secūda opiniō falso imaginat̄. Quo notato r̄s detur ad primū argumentū: q̄ homo per imperiū voluntatis cū fide infusa et determinatiōe apprehensiuā credibilis potest sufficienter determinare intellectum ad credendum xp̄iane propositiōi sibi prius dubie ⁊ neutre. propter q̄s si xp̄ianus in talibus credibilibus a deo reuelatis innitatur lumini fidei infuse ⁊ non proprio arbitrio: sufficienter habet in se vnde omnis neutralitas ⁊ dubitatio ab eo remoueat̄. Tñ sc̄tis Tho. ij. q. i. ar. iij. in solutiōe ad terciū dicit̄ q̄ lumen fidei facit videre ea que creduntur. Sicut enim per alios habitus virtutū homo videt̄ illud q̄s est sibi p̄ueniēs fm̄ habitū illū: ita etiā p̄ habitum fidei inclinatur mens hoīs ad assentiendū his que p̄ueniūt recte fidei. Ex quo patet q̄ id quod facit volūtas cū apparetia ratiōis in fide acquisita facit cum lumine fidei infuse: determinādo intellectum ad credendum firmiter articulis fidei xp̄iane. Et cū dicitur q̄ tūc nō oportet hoīez dubitare de aliqua propositione nisi ip̄s vellet: ⁊ p̄nter ad quascunq̄ propositiōes non euidentes posset sine mendacio dicere quicquid vellet. Respōdeo q̄ sola voluntas nō sufficit vt dictum est ad credendum xp̄iane sine lumine fidei: quo circūscripto volūtas nō sufficit ad determinādum intellectum vt assentiat propositiōi sibi dubie vel neutre: imo velit nolit in talibus erit dubius vel oīno neuter: sed superueniēte lumine fidei sufficienter determinat̄ ⁊ eleuat̄ intellectus vna cū imperio voluntatis ad credendum xp̄iane: vt sepius dictū est.

Solutio ad ratiōes pro secūda conclusiōe a Comite Brandulano inductas.

Ratiōes Brandulani quibus nitit̄ conclusiōem suā apologeticā efficaciter demonstrare: r̄sidendū est per ordines. Et ad primā que fundat̄ in actu opinādi: qui fm̄ Aristo. nō est in libera p̄te voluntatis

Dicendum primo quod omnis actus intellectus respectu cuiuscumque complexi est in libera potestate voluntatis: quia voluntas potest mouere seipsam et omnes anime vires et habitus ad suos actus: saltem quo ad exercitium, et per consequens in potestate voluntatis est imperare rationi quod discurrat et retineatur circa omnem propositum sibi dubiam et neutram, quod si ratio fecerit quod in se est in materia fidei habebit apparentias sufficientes disponentes ipsum ad receptionem luminis diuine gratie: quod facienti quod in se est deus decreuit infundere: si in materia probabili et opinabili habebit apparentias sufficientes ad opinandum: si in materia scibili habebit apparentias demonstratiuas ad sciendum. Et quousque utrobique voluntas imperet intellectui ut discurrat et studeat: tamen motiua inuenta ad sciendum secundum cursum generalem necessitant intellectum ad assensum: sic quod statibus apparentiis demonstratiuis mediocriter voluntas non potest impedire intellectum ne assentiat: ut colligitur ex primo posteriorum, sic suo modo est de opinari: nisi quod ratio demonstratiua determinat intellectum certitudinaliter et sine formidine: ratio vero topica et probabilis cum formidine et dubitatione de opposito. Secus autem est in fide: quia dato aliquo credibili et apprehenso non obstantibus quibuscumque apparentiis et lumine fidei infuse intellectus non potest firmiter credere vel in actum credendi exire si voluntas se opponat vel non moueat intellectum ad credendum: quia credere ex sua ratione est actus elicited ab intellectu moto a voluntate ut dictum est. Unde sanctus Thomas in 2o. 2o. ar. 1o. ad secundum argumentum hoc idem sentire videtur ubi dicit quod in scientia duo possunt considerari: scilicet ipse assensus scientis ad rem scitam: et consideratio rei scite. assensus autem scie non subiacet libero arbitrio: quia sciens cogit ad assentiendum per efficaciam demonstratiouis: et ideo assensus scie non est meritorius: sed consideratio actualis rei scite subiacet libero arbitrio. Est enim in potestate hominis considerare vel non considerare: et ideo consideratio scie potest esse meritoria si referatur ad finem charitatis: id est ad honorem dei vel utilitatem proximi: sed in fide utriusque subiacet libero arbitrio: et ideo quantum ad utriusque actus fidei potest esse meritorius, sed opinio non habet firmum assensum: est enim quoddam debile et infirmum secundum philosophum in primo posteriorum, unde non videtur procedere ex perfecta voluntate, et sic ex parte assensus non multum videtur habere rationem meriti: sed ex parte considerationis actualis potest meritoria esse. Patet igitur quantum opinari sit simpliciter in libera potestate voluntatis quantum ad considerationem: sed quo ad assensum non sit in plena et perfecta libertate voluntatis: quod probatur in 2o. de anima contradicere non videtur. Secundo dico quod concessio quod opinari non sit in libera potestate voluntatis ad mentem philosophi: neganda est: quia opinari presupponit rationis apparentiam: que quousque totaliter et perfecte non determinet intellectum ad assentiendum: sufficit tamen determinare intellectum ad assentiendum cum formidine. Credere autem fidei christiane non est propter quascumque apparentiam: ut dictum est sed propter autem prime veritatis: que cum lumine fidei et imperio voluntatis magis perfecte et sufficienter determinat intellectum credentis: quam ratio topica vel probabilis intellectum opinantis: et ideo minus videtur difficile credere supposito lumine fidei: quam opinari supposita ratione probabili. Ad aliam rationem cum arguitur

quod non est in potestate hominis libera facere appere aliquid suo intellectui. Dico primo quod illud assensum est falsum et hereticum: quia in libera potestate hominis est facere quod in se est ad bene viuendum moraliter, et cuiuslibet tali deus decreuit manifestare et reuelare: necesse ad salutem per predicatorum exteriorum: vel alio modo interiorum: circa que si diligenter discurrat habet sufficientes apparentias disponentes et inducentes ad credendum christiane. Secundo dico quod admissio assensum: ista est neganda, et ad probationem cum dicitur: quod contradictio est aliquem credere aliquid et assentire illi et illud non apparere ei esse verum: Dico quod hoc est falsum et erroneum: ut patet per Augustinum dicentem quod fides christiana est non apparentium, et Gregorius dicit quod apparentia non habent fidem: sed agnitionem. Ad confirmationem dicitur conformiter: quod fides christiana non requirit nec dependet de per se ex apparentia credibilis: sed ex lumine fidei infuse et motione voluntatis: ut sepe dictum est. Ad aliam rationem cum dicitur quod actus qui est assentire et dissentire sunt actus oppositi: concedo respectu eiusdem obiecti: et procedendum est quod inferitur quod ad alterum illorum intellectus non potest determinari per imperium voluntatis precise, sed ex hoc non habetur quod requiratur de per se apparentia credibilis: quia voluntas in talibus a deo reuelatis supposita apprehensione credibilis et lumine fidei et amore prime veritatis potest imperare et determinare se sola intellectum ad credendum circumscripta apparentia credibilis. Ad aliam rationem cum arguitur quod si homo precise determinaretur ad actum credendi per actum voluntatis: sequeretur quod irrationabiliter crederet. Respondetur quod nemo credit sine aliqua ratione: quia voluntas secundum Thomam non mouetur: ut dictum est sine ratione determinante ipsam voluntatem ad velle credere, nam intellectus iudicat et dicit bonum esse voluntati velle credere prime veritati in his que superant facultatem rationis. Intellectus preterea iudicat et dicit bonum esse credere pro premisi eterne vite: quod permittit nobis si credimus. Intellectus etiam dicit et ostendit bonum esse et optimum obedire deo et ecclesie que precipiunt nobis credere, et hoc debet sufficere cuiuslibet credenti pro ratione: quia certum est et manifestum quod nec deus nec ecclesia precipiunt credere sine ratione. Ex quo patet quod quousque credere christiane sit sine ratione apparentia de credibilibus faciente: non tamen sine ratione voluntatem ad velle credere determinante et inclinante que non sufficit etiam sine lumine diuine gratie voluntatem determinare. Et cum dicitur quod euangelio non credimus nisi propter illa octo media que committer assignant theologi: et singulariter Scotus: pronuntiatio scilicet prophetica, scripturarum concordia, auctoritas scribentium, rationabilitas contentorum, irrationabilitas singulorum errorum, ecclesie stabilitas, et miraculorum claritas. Dicendum quod falsum et erroneum est: quia illa octo media Scoti: aut sunt sufficientia et necessaria ad credendum: sine quibus quis non potest credere: aut non. Si sufficientia et necessaria: tunc sequitur quod simplices et multi alij qui tales rationes non habent non crederent: quod est falsum et hereticum. In vero talia media non sunt sufficientia et necessaria, sed aliter est credendum quam propter illas rationes, et propter istas ridiculum videtur dicere quod aliquis debeat credere euangelio potius quam legi machumetensium propter illas octo rationes Scoti: cum multi sine talibus rationibus christiane crediderit propter auctorem ecclesie

precipientis credere. Item multi crediderunt ante euangelium: imo ante legem moysaicam: ut patet de Adam Abel Noe Abrahama et ceteris patribus qui legem scriptam precesserunt, unde scribitur de Abrahama quod credidit et reputatus est sibi ad iustitiam, et de ceteris patriarchis ad Hebr. xi. Preterea autem tales rationes conuincunt intellectum ad credendum euangelio: vel non. Si sic ergo omnes credent euangelio utentes ratione: quia tales rationes ex quo conuincunt unum intellectum ad credendum: conuincunt quemlibet eiusdem rationis: cuius oppositum ad experientiam videmus. Si vero tales rationes non conuincunt intellectum: sed sint probabiles et solubiles: sequitur quod ipsis circumscriptionibus homo poterit credere. Sequitur ultra quod fides christianorum exponeret derisioni infidelium: qui videntes christianos propter tales rationes solubiles credere et intellectum captiuare: arguerent nos et fidem nostram de leuitate: quod est impium. Dico igitur pro finali resolutione huius argumenti: quod nulla ratio data vel dabilis in lumine naturali sufficit ad determinandum intellectum vel voluntatem ut credat potius fidei christianorum quam machumetensium: nisi assistat diuinum auxilium interius efficaciter mouens et inclinans liberum arbitrium ad credendum. Et ex hoc patet quod actus credendi fidei christiane non est tyrannicus: ut ultima ratio pretendebat: quia voluntas mouet intellectum sponte ad lumen fidei infuse: quod est ad credere fidei christiane: quod quis dicat Paulus apostolus: quod in his que sunt fidei debemus captiuare intellectum in obsequium christi. Potest tamen breuiter dici ad argumenta supradicta: quod quod assensus fidei christiane non dependeat de se ab aliqua apparentia rationis: sed a fide infusa et imperio voluntatis: in eo tamen qui inducendus est ad fidem presupponit aliquas apparatus et probabilitates intellectum et voluntatem disponentes ad receptionem luminis diuine gratie: qua habita eleuat quis ad hoc quod firmiter credat. In scriptis Theodoro. ij. q. ij. ar. ix. ad tertium dicitur: quod ille qui credit habet sufficientem inductiuum ad credendum. Inducitur enim aucte diuine doctrine miraculis confirmate: et quod plus est interiori instinctu dei inuictatis. Vnde non leuiter nec irrationabiliter credit: qui sic credit: cum habeat sufficientem inductiuum ad credendum. Ex quibus patet quod opinio nostra communis negans tales apparatus de se requiri ad actum credendi non derogat dignitati fidei christiane: sed eam potius honorat atque defendit.

Solutio rationum Scotti et Durandi ad terciam et quartam conclusiones secunde opinionis.

Solutio rationibus per prima et secunda conclusionibus secunde opinionis inductis: respondendum est ad rationes Scotti et Durandi pro terciam et quartam conclusionibus. Ad primam ergo dicimus: quod baptizatus cum venerit ad annos discretis: si propositis sibi articulis et apprehensis innotuit lumini fidei et non proprio arbitrio sufficienter inclinatur et hoc vnde potest exire in actum credendi fidei christiane circumscriptionibus scripta quacumque appentia credibilis: ut sepe dictum est. Et ad auctorem beati Augustini dicimus: quod ad credendum christiane non sufficit liberum arbitrium ut pelagiani assererent: sed requiritur donum diuine gratie interioris mouentis et eleuantis hominem ad credendum id quod est

supra humanam rationem. Sed quia oportet quod credibilia determinentur et proponantur credenti: quod quicquid sit per relevationem interioris: vel doctrinam exterioris: inde est quod Augustinus dicit: quod non credimus ex solo libero arbitrio: sed miraculo vel persuasione: vel aliqua doctrina exterioris: que quibus concurrat ad credendum quicquid: non tamen semper et necessario: sic quod sine miraculo vel persuasione non contingat credere christiane: ut ad experientiam patet de multis: sicut statim patebit. Ad argumenta Durandi respondeo secundum dominum Petrum de palude negando auctorem. Ad probationem dicendum: quod quod christus predicante et miracula faciente vnus credebatur alius non: hoc non erat propter fidem cum miraculo inclinatem que sine miraculo non inclinaret: quia non habentium fidem quidam miracula deperant non credentes: alij vero honorabant credentes. et ita erat similiter de habitibus fidem ante. sed verum est quod discredentes si prius fidem habebant: per infidelitatem eam perdebant: habentes vero credendo proficiebant. Quod ergo aliqui credebant aliqui non: dico quod non erat: quia credentes haberent fidem et viderent miracula: quia si hec duo sufficerent ad posse credere: non alterum: quia aliqui sine miraculo sola fide credebant: ut Petrus et Andreas filij Zebedei secuti sunt christum antequam viderent miracula et alia signa christum facientem. alij e contrario solo miraculo fidem recipiebant. sed quia istis deus inspirabat: illis vero non: vel isti volebant: illi non. ad volendum autem plus determinabat utrumque quod alterum tamen: sed neutrum simul iunctum necessario inclinabat. Unde sicut tempus cum sermone suadente castitatem: magis determinatur ad respuendum fornicationem quam continens cum persuasionem: et tamen contingit tempus consentire visa muliere et continentem respuere. non quod habitus in nullo inclinatur: sed quia non necessario inclinatur. sic fides infusa per se sine alio inclinatur: non tamen necessario. ideo habens fidem infusam quandoque non credit: quicquid non prius habens credit. unde sicut habens intemperantiam acquisitam et temperantiam infusam: temptatione surgente secundum naturam corruptam et habitum viciosum acquisitum inclinatur sufficienter ad necessaria salutis sue: libere tamen et contingenter. Similiter habens rationes phariseorum vel hereticorum contra fidem: infusa sibi fide inclinatur sufficienter ad credendum et efficacius quam fide acquisita per quascumque rationes apparentes: quanto habitus infusus a deo est efficacior quam habitus acquisitus. Ad aliud dicendum quod ecclesiam regi spiritus sancto forte non est primum creditum a nobis: cum multi explicitam fidem habeant de alijs qui hoc explicitum non credunt. Item quia si habentem fidem proponeret hoc ipsum: an ecclesia regatur spiritus sancto. fides infusa inclinaret ad assentiendum magis quam est: cultus trinitatis et incarnatio: qui sunt magis supra naturam. bene tamen verum est quod ad credendum scripture bene est primum creditum: ut dicit Augustinus: Euangelio non crederem et. ut supra allegatum est. non tamen propter hoc sequitur: quod ad omne credere requiratur: quia etiam ante omnem scripturam et ante ecclesiam que secundum Gregorium incepit in Abel: in solo Adam fuit fides et actus credendi. Ad aliud dicendum quod falsum est quod actus credendi fidei christiane dependeat ex aliquo apparenti in se: quia tunc non haberet meritum secundum Gregorium. vel si dependet ex aliquo

apparenti; hoc est ex naturali cognitione: qua non supposita nihil crederet: ut si homo non haberet usum rationis vel non intelligeret terminos non posset assentire: nec per se credere. Preterea per solam infusionem posset homo credere si sibi revelaret quicquid alii per doctrinam credidit. et sic solus habitus infusus sufficere potest sine rationis apparentia. Ad quid ergo valet doctrina exterior: et persuasio? Rursus secundum Thomam quod valet et requiritur ad determinationem credendum: et ad proponendum intellectui suum obiectum materiale: et ostendendum quid credendum et non credendum. Unde in. iij. sen. di. xliij. dicit quod fides quantum ad istam determinationem credendum acquiritur per scientiam theologie: que articulos distinguit: sicut habitus principiorum dicitur acquiri per sensum quantum ad distinctionem principiorum. Et sic patet quod persuasio vel predicatio non causat aliquam adhesionem vel apparentiam adhesionem. Ad aliud dicendum quod si Christus non fuisset locutus vel miracula non fecisset non credentes ei non peccassent. non quia aliter credere non possent: sed quia aliter credere non tenebant: quia scriptura dicebat: Christus cum venerit evangelizabit pauperibus et faciet miracula signa et prodigia. unde si non predicasset nec miracula fecisset credere non tenebant. Credere tamen poterat sine signis: quia signa infidelibus data sunt. unde et nunc cum predicat habitibus fidem non sunt necessaria miracula: quia fides sufficienter inclinatur: aliter deus in necessariis deficeret fidelibus magis quam infidelibus. Beatus tamen Thomas in quadam questione de quodlibet ubi querit: si Christo facienti visibilia miracula homines tenebantur credere: videtur dicere quod iudei tenebantur credere Christo non solum facienti visibilia miracula: sed etiam non facienti talia visibilia miracula. Cuius ratio est: quia homo tenetur credere secundum hoc quod adiuvatur a deo ad credendum: cum sit donum dei ad Ephe. ij. Adiuvatur autem a deo aliquis ad credendum tripliciter. Primo quidem per interiorum vocacionem: de qua dicitur Jo. vi. Quis audit a patre et didicit venit ad me, et ad Ro. viij. Quos predestinavit: hos et vocavit. Secundo per doctrinam et predicacionem exteriorum secundum illud Apostoli ad Ro. x. Fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi Tertio per exteriora miracula. unde dicitur. i. ad Corinthios. xliij. quod signa data sunt infidelibus: ut scilicet per ea provocentur ad fidem. Si autem Christus visibilia signa non fecisset: adhuc remanebant alii modi attrahendi ad fidem: quibus homines acquiescere tenerentur. tenebantur enim homines credere actori legis et prophetarum. tenebantur etiam interiorum vocacioni non resistere: sicut Ysaia de se dicit: Dominus deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrosum non abii Ysa. l. sicut de quibusdam dicitur Act. viij. Vos semper spiritui sancto resistitis. Ex quo patet quod iudei tenebantur credere Christo non solum visibilia miracula facienti: sed etiam per alios modos ad fidem trahenti. Terrium est tamen secundum Thomam ibidem: quod inter illa opera miraculosa que Christus in hominibus fecit annumerari etiam debet vocatio interior: qua quosdam attraxit: sicut Gregorius dicit in quadam omelia: quod Christus per misericordiam traxit Magdalenam interiorum: qui etiam per clementiam suscepit foris. Annumerari etiam debet eius doctrina: cum etiam ipse dicat: Si non venissem et locutus es non fuisset peccatum non haberent. et hoc magis mihi placet.

Ad confirmationem vero que inducit pro opinione Durandi: patet solutio sufficienter ex his que statim dicta sunt ad argumenta principalia eiusdem.

Quod predicta conclusio de virtute sermonis est erronea et heresim sapiens.

Quod tamen ex prehabitis sit perspicuum et manifestum ad omne credere voluntatem concurrere: ut efficacius tamen ostendatur predictam conclusionem heresim secundum sapere: rationibus et auctoribus sacre scripture probandum est: quod credere articulum fidei esse verum sit in libera potestate hominis etiam quando sibi placet. Primo sic: Intellectus humanus non potest necessitari ad credendum. ergo quicquid credit sic libere credit: quod potest non credere. et per se tale credere est in libera potestate hominis propria est nota. et assensu probatur per Augustinum super Jo. omel. vi. quod intrare ecclesiam potest quis nolens: accedere ad altare nolens: credere autem non nisi volens. Item in de spiritu et littera ad Barcellinum dicitur: quod nihil aliud est credere nisi assentire verum esse quod dicitur: consensus autem est voluntatis. Ex quibus auctoribus patet quod de mente beati Augustini est quod ad plures actus potest homo necessitari: cum dicitur quod homo potest recipere sacramentum nolens: sed ad credere non potest necessitari. et per se in libera potestate hominis est credere. Confirmatur ista ratio: quia si aliquid compelleret et necessitaret intellectum ad credendum: hoc maxime esset deus per miracula sua. sed multi videntes miracula non crediderunt. ergo non necessitatur intellectus. et per se libere credit homo. Secundo sic: ad credendum christiane non sufficienter intellectui apparentie pro credibilibus adducte una cum habitu infuse fidei: secundum illos qui ponunt tales apparentias necessario requiri operatione voluntatis circumscripta. ergo ad credere de necessitate requiritur imperium voluntatis. et per consequens homo libere credit. assensu probatur: quia non possunt apparentie tam fortes adduci: que una cum inclinatione luminis fidei cogant vel necessitent intellectum ad credendum: ut experimento patet et ratione probatur: quia intellectus discutens tales apparentias videt eas non sufficere ad concludendum veritatem articuloz. ergo virtute talis apparentie non necessitatur ad credendum aliter talis apparentia foret in se ratio demonstrativa vel evidenter concludens articulos fidei nostre altissimos: quod est hereticum. Lumen preterea fidei quantumvis determinate inclinatur intellectum ad assentiendum firmiter: non tamen necessario. et per se credere est in libera potestate hominis. Tertio arguitur sic: si credere non esset in libera potestate hominis: tunc credere non caderet sub precepto: quod est secundum Apostolum ad Hebr. xij. qui precipit quod accedente ad deum oportet credere. et Salvatore Math. vlt. Qui non crediderit condemnabitur. propria probatur: quia nullum est preceptum nisi ad eius implendum accedat libertas voluntatis: quia in his que nobis precise a natura insunt nec laudamur nec vitupamur. cum tamen secundum Augustinum in de spiritu et littera per magna laude scriptum sit ab Apostolo: Credidit Abraham deo et reputatum est sibi ad iusticiam. et iterum Credenti in eum qui iustificat impium reputatur fides ad iusticiam. sed quod nullo modo cadit sub libertate voluntatis non reputatur alicui ad iusticiam tanquam opus proprium s. iij.

ergo credere fidei xpiane inq̄tum cadit sub p̄cepto d̄uino et ecclesie est in libera p̄tate hoīs. Confirmat p̄dicta rō: quia si homo tenet credere et nō libere pōt credere, ergo obligabit ad hoc quod nō est in libera p̄tate sua, ergo si illud omittat non libere omittit: ex quo non est in libera potestate sua, et per consequens non peccat: q̄d est hereticū. Et ex hac rōne patz q̄ ex quo credere cadit sub p̄cepto d̄uino et ecclesie: credens nō tenet querere apparētias nec rōnes ad credendū: sed pro rōne et apparentia sufficere sibi debet auctas dei et ecclesie: qui sine rōne non p̄cipiunt aliquid credere. Quarto arguitur sic. Eua libere credidit diabolo sibi dicenti: Eritis sicut d̄i scientes bonū et malū ergo in p̄tate Eue fuit nō credere, et qua rōne in p̄tate sua fuit libere credere dictū diaboli: potest homo credere dictū dei, ergo in p̄tate cuiuscūq̄ hoīs est sic libere credere cui libet veritati sibi apparenti per imperiū voluntatis. Q̄d autē Eua libere credidit et nō necessitata patet: quia si nō: tūc necessitata peccauit, et per p̄s non peccauit: quia nemo peccat in eo quod vitare nō potest. Item Eua bene sciuit q̄ deus dixerat sibi oppositū: et sciuit q̄ deus est maioris auctas q̄ diabolus, ergo nō necessario credidit diabolo: sed libere. Quinto arguitur sic: aliqui apostatant a fide: vel ergo hoc faciunt libere vel nō libere sed necessitati: et tunc necessitati peccant: et per consequens non peccant, et sic apostate a fide xpiana et heretici nō peccāt: q̄d est hereticum. Finaliter arguitur per rōem b̄ti Tho. ii. q. ii. quia credere fidei xpiane est meritoriuū, ergo est in libera p̄tate hoīs, p̄s tenet: quia nihil est meritoriuū vel demeritoriuū nisi sit voluntariū, a p̄s p̄: quia actus nostri sunt meritorij inq̄tum procedunt ex libero arbitrio moto a deo per gr̄am, v̄s oīs actus qui subicit libero arbitrio si sit relatus in deū pōt esse meritorius: quia solos tales deus ordinat et accipit ad vitaz eternā fm̄ leges a diuina sapientia statutas, ip̄m autē credere est actus intellect⁹ assentientis veritati diuine ex imperio volūtatis a deo mote per gratiā, ergo credere fidei xpiane est meritoriuū eterne vite, vnde ad Heb. xi. scribit q̄ sancti per fidem adepti sunt repromissiones. Si dicat q̄ iste rōnes non procedūt p̄tra p̄clusionē in principalem: nec contra p̄positiōem correlariā: quia nō negat simpliciter q̄ credere sit in libera p̄tate hoīs: sed negat cū restrictiōe vel determinatiōe posita in ante, sic videlicet: q̄ non est in libera p̄tate voluntatis credere articulū fidei esse verū q̄ sibi placet, ita q̄ nō p̄cise ex eo q̄ voluntati placet vt intellectus credat: ip̄s credit. Vñ dupliciter dicitur aliquid esse in libera p̄tate voluntatis. Vno mō: q̄a posita app̄hensione in intellectu nullo alio actu intellectus requisito in potestate imperatiua voluntatis sit ponere actū illū, et sic negat in p̄clusionē et correlariā p̄positiōe q̄ actus credendū sit in libera p̄tate hoīs: quia nō sufficit ad credendū app̄hensio terminoz articuli: sed requirit v̄tra persuasio aut aliqua rō p̄babilis fm̄ Aug. Alio mō aliquid dicitur in libera p̄tate hoīs: quia oibus alijs positis que requiruntur ad actū: pōt volūtas illū ponere in esse et non ponere: nec ad istū actū necessitatē voluntas etiā quibuscūq̄ alijs positis, et hoc mō actus credendū articulū est in libera p̄tate hominis, Hec cauillatio et distinctio nec sunt ad

propositū: nec p̄dicta argumenta impediūt: quia nemo sane mentis dubitat quin sola volūtas cū noticiā app̄hensiuā articuli sit causa p̄cisa ponendi in esse actū credendi. Vñ primo: quia voluntas creata nō est oipotens: ita q̄ p̄ suū velle ponat in esse omne quod vult esse. Vñ sc̄do: quia credere est actus liberi arbitrij: et per p̄s presupponit noticiā app̄hensiuā articuli et oīs suam quid credendū vel nō credendū sit. Presupponit p̄terea ex parte voluntatis appetitū finis et electionem conclusiōis sylogismi deliberatiui. Presupponit finaliter diuinū auxiliū ex parte dei liberū arbitriū hoīs interius mouentis et inclinātis, et hoc oēs qui recte sapiunt p̄cedunt et fatent. Relinquit igit q̄ si dubitare cōtingat de libertate credendi: verat in dubiū si voluntas per suū imperiū concurrat ad actū credendi vel non. Et si dicatur q̄ nō: vt defensor p̄dicte p̄clusiōis in suo apologetico tacite cū Olch. et sentire videtur: p̄cluditur q̄ p̄clusio p̄ncipalis cū correlariā p̄positiōe non solū heresim sapere sed heretice censeantur: vt argumenta p̄uincunt. Si vō concedat q̄ volūtas per suū imperiū ad actū credendi p̄currat: cū nemo dubitet q̄ sola voluntas non concurrat vt probatū est: sequit q̄ quibuscūq̄ alijs p̄currētibus ex p̄te intellectus siue sit noticiā app̄hensiuā siue persuasio vel rō p̄babilis: ex quo voluntas de per se concurrat: credere fidei xpiane sit in libera p̄tate hoīs: q̄ sibi placet, quod sic probat: quia in libera p̄tate hoīs est adimplere p̄ceptū dei et ecclesie et mereri q̄ sibi placet, et hoc negare est veritatez sacre scripture p̄uercere, sed credere cadit sub p̄cepto dei et ecclesie et sub merito vt probatū est, q̄ credere est in libera p̄tate hoīs q̄ sibi placet. Item q̄ si quis credit aut credit q̄ sibi placet: aut q̄ sibi displicet: aut q̄ nec sibi placet nec displicet, si p̄mū habet p̄positū, si secundū et terciū sequit q̄ alijs credit nolens aut nec volens nec nolens: q̄d est cōtra b̄tū Aug. P̄terea dato q̄ homo non credat q̄ vult credere: adhuc credere de facto est in libera hoīs p̄tate q̄ sibi placet: quia q̄ homo vult credere: aut pōt credere et nō credere vel non pōt. Si pōt credere et non credere: ergo in libera potestate hoīs est credere q̄ sibi placet credere. Si nō pōt credere q̄ nunq̄ credit: q̄d est hereticū, p̄s patet: quia nemo operat nec agit quod nō pōt operari neq̄ agere: quia q̄d non pōt fieri ab hoīe nō fit ab hoīe, libera enim potestas credendi et non credendi p̄cedit oīm actū intellectus et voluntatis, ergo ip̄s positus vel circūscriptis homo libere pōt credere et nō credere q̄ sibi placet credere. Item cū ostensum sit in tercia opiniōe p̄ rōes et auctes Apli et sc̄toz doctorz: q̄ apparētia credibilis nō p̄ se requirat ad credere fidei xpiane: sequit q̄ cōclusio p̄dicta in sensu p̄ quo sit sit erronea et distinctio nulla. P̄terea dato q̄ apparentia vel persuasio requirat ad actū credendi: adhuc in libera p̄tate hoīs est credere q̄ sibi placet: quia persuasio et apparentia nō auferunt neq̄ dant homini liberā credendi p̄tatem: imo talis apparentia vel persuasio est in libera p̄tate hoīs q̄ sibi placet: q̄a in libera p̄tate hoīs est q̄ sibi placet facere q̄d in se est, sed libere facienti quod in se est occurrēt necessaria ad credendū et per p̄s si apparentie et p̄suasiōes sunt necessarie fm̄ te: sequit q̄ apparētie

sibi occurrūt et per p̄s credet q̄n sibi placet. Preterea dato q̄ sola volūtas nō sufficiat ad actū credendi: ad huc credere est in libera ptāte volūtat̄is q̄n sibi placet: quia vt dicit Anselm⁹ in de libertate arbitrii. c. iij. nullā ptātem habemus que sola sibi sufficiat ad actū: et t̄n cū ea desunt sine quibus ad actum minime pducūtur n̄re ptātes: nō minus eas q̄tum in nobis est hēre dicimur: sicut hēmus ptātem videndi montē absente monte: et lucem etiā clausis oculis: q̄n nō possumus videre montem nisi mons assit: et lux remoto impedimento si palpebre vel aliud sibi opponat. Et subdit. c. iij. Si igitur absente re que videri possit clausos siue ligatos oculos habētes q̄tum ad nos pertinet videndi quālibet rem visibilem ptātem hēmus: quid prohibet nos hēre ptātem seruādi rectitudinē etiā ipsa absente rectitudine? q̄diu ratio in nobis est qua eam valeamus cognoscere: et volūtas qua illā tenere possum⁹. Hec Anselmus. Ex qua auctē p̄s q̄ q̄n voluntas se sola per suū imperiū non possit ponere in esse actū credendi: sed plura alia requirant: t̄n quia in nobis est rō et volūtas quibus ptātem hēmus credendi et nō credendi: sequit̄ q̄ credere sit in libera ptāte volūtat̄is q̄n sibi placet. et p̄ p̄s predicta conclusio de virtute sermonis est erronea et heresim sapiens. Quid aut̄ sit propositio heresim sapiens: p̄s ex bis q̄ dicta sunt de multiplici genere propositionū damnabiliū.

**Sexta Conclusio Apologetica Joannis
Pici Birandulani Concordie Comitis.**

**Qui dixerit accidens existere nō posse nisi inexistat
eucharistie poterit sacramentum tenere etiam tenen-
do panis substantiam non remanere.**

Determinatio magistralis.

**Et conclusio videt nobis falsa et in fide erronea: Ad q̄ declarandum
premittendū est quid p̄s sentiant de possibili existentia accidentis sine
subiecto. Secūdo qd̄ theologi et fides tenent de accidentibus in sacramento
a xpo instituto. Tercio ex his demonstrabit̄ q̄ predicta conclusio de virtute
sermonis est falsa et in fide erronea.**

**Quid p̄s sequentes rōnem naturalem tenent
de possibili existentia accidentis sine subiecto.**

**Philosophoz oim opinio est q̄ accidens nō pōt existere sine subie-
cto: sed si est necessario inexistit. Cui⁹ rō fundamentalis vna fm̄ eos
est nccia p̄nexio in fieri et p̄seruari accidentis cū subiecto. ponit enī
p̄s ordinē cāz simpliciter necessariū: ita q̄ prima causa nō pōt causare causa-
tū secūde cause sine causa secūda: quia prima causa fm̄ eos necessario causat
quicqd̄ ad extra causat. subiectū aut̄ habet aliquā cālitatem respectu accidentis.**

loquendo de ordine naturali causarū. et ideo sine ista causa in ordine sue causa-
litas posita negarent accidēs esse. et pro tanto dicit̄. i. phy. q̄ intellect⁹ que
rens segregationem passionū a subiectis erit querens impossibilia. Altera vō
causa et rō quare accidens nō pōt existere nisi inexistat fm̄ p̄s est: quia de
rōne quidditatiua accidentis est subiectū vel existere in subiecto. q̄d̄ aut̄ est de
rōne quidditatiua alicuius: impossibile est sine ipso esse. Assumptū p̄ maiore
partē auctē p̄s. vij. metaphy. in prin. Accidentia inquit sine alia a substantia di-
cunt̄ entia: eo quia talit̄ er̄ entis. ergo formalis rō entitatis in accidente est in-
berere tali entī. i. substantie. et paulopost nihil ipoz fm̄ se aptū natū nec possi-
bile separari a substantia. Item. iij. metaphy. ens dicit̄ de substantia et accidenti-
bus: sicut sanū de sanitate in animali et vrina: sed nihil formaliter de vrina sa-
nū dici: nisi hitudinē signi ad sanū dictū de animalī. ergo nec ens dicit̄ de acci-
dente aliqd̄ dicit̄: nisi hitudinē inherētie ad substantiā. Similiter in. vij. c. iij.
videt̄ dicere: q̄ quēadmodū aliqd̄ minus scibile est scibile equiuoce: et medi-
cabile: opus: et vas. ita et ista quātitas et quālitās dicunt̄ entia. Et sic p̄s fm̄
p̄m q̄ inexistere sit de rōne quidditatiua accidentis. Et confirmat̄ ista ratio
quia si inexistētia vel inherētia nō esset de rōne et essentia accidentis erit
aliud et inerit ipsi accidenti: quia accidens dicitur inherens formaliter illa in-
herētia vel inexistētia. Querendū est ergo de inherētia qua inheret inhe-
rentia accidenti: aut est eadem accidenti vel ipsi inherētie. et si sic: pari rōne
fuit standū in primo. vel illa inherētia inherētie est alia a suo fundamēto et
erit processus in infinitū. Partē igit̄ fm̄ p̄s q̄ accidens existere nō pōt nisi
inexistat. Notandū t̄n est fm̄ Scotū in. iij. sen. q̄ prima rō impossibilitatis ex-
stendi accidentis sine subiecto fm̄ p̄s est potius ex necessitate ordinis cau-
sarū: q̄ q̄ subiectū vel inexistētia sit de essentia accidentis: quia fm̄ p̄m ex
subiecto et accidente p̄stituit̄ ens p̄r accidens. Tradictio etiā est q̄ in per se
rōne absoluti includat̄ aliq̄ respectus: quia tunc esset absolutū et nō absolutū
Preterea si illa esset prima rō impossibilitatis: tūc tali impossibili posito: nul-
la posset seruari regula disputationis: maxime q̄tum ad illa p̄sequentia quoz
opposita includunt̄ in aīte. patet enim q̄ tūc tali impossibili posito statim cō-
cedenda sunt cōtradictoria. et ita in proposito p̄cluditur maximū incōueniens
scz redargutionis: ad q̄d̄ duci pōt r̄ndens. nunc aut̄ p̄s. iij. phy. c. de vacuo.
querit̄ istā q̄onem: si esset spaciū in quo t̄n esset color aut sonus: vtrū illud eēt
vacuū. Et r̄ndet determinate ad alterā partē: q̄ si esset receptiuū corporis
esset vacuū. si aut̄ ex primo intellectu eius q̄ est colorem esse includeret̄ ipm̄
esse in subiecto: cū subiectū eius nō posset esse nisi corpus: ex primo tunc intel-
lectu positi hēretur corpus sibi esse. et ita illa hypotasi posita r̄ndendū eēt statū
q̄ spaciū eēt vacuū et nō vacuū. Istud dictū p̄s pro tanto adducit̄ vt videat̄
tur p̄m illā p̄dictiōem nolle esse in prima rōne quidditatiua accidentis: sicut
nec posuit esse in subiecto esse de prima quidditatiua rōe albedinis: q̄ t̄n est illa
impossibilitas apud eū p̄p necessitatē quā ponit in ordine cāz. Hec aut̄ p̄s
opinio est erronea et heretica fm̄ fidē: quia fides catholica tenet diuinā potētiam

non determinari necessario ad istum ordinem que in causis naturalibus experitur: ut patet in operibus miraculosis. Fides preterea catholica tenet quod quod quid deus agit ad extra agit mere libere et voluntarie. et per se potest aliter agere quam agit: quia deus agit per intellectum et voluntatem: voluntas autem divina non vult de necessitate alia a se nec tanquam finem: quia sicut potentia dei est principium principium omnium entium: sic divina bonitas est omnium finis. nec vult de necessitate alia a se propter bonitatem suam: quia volentem aliquam finem non est necesse velle illa sine quibus iste finis potest haberi: et habitus conservari. sed sine rebus creatis divina bonitas perfectissime et plenissime habet et habitus conservat: creature autem solum sunt manifestatiue condescendentie bonitatis divine. ergo deum volentem bonitatem suam non est necesse velle alia propter ipsam: sed libere vult et potest non velle. et per se potest agere preter ordinem a divina sapientia rebus creatis et causis naturalibus statutum. Item fides catholica tenet quod accidentia panis et vini in sacramento altaris sunt sine subiecto. et per se patet quod philosophorum opinio de impossibili existentia accidentis sine subiecto est falsa et heretica.

**Quid theologi et fides catholica tenent
de possibili existentia accidentis sine subiecto.**

Quia philosophorum opinio de impossibili existentia accidentis sine subiecto in lumine naturali demonstratiue improbari non possit: ex creditis tamen quibusdam naturaliter cognitis coassumptis: a doctoribus theologis erronea et impossibilis efficaciter esse concluditur: quia certum et manifestum est subiectum non esse de essentia accidentis: ut probatum est. nec primam causam sed secundam esse. et hoc omnes qui veram profitentur philosophiam concedunt. sed deus potest se solo et immediate facere et conservare quod mediante causa secunda facit et conservat et hoc est creditum. ergo deus potest facere et conservare accidentis sine subiecto. et per se non est impossibile quod accidens existat sine suo subiecto. Secunda ratio talis est: quia accidens absolutum unde absolutum non requirit terminum nec terminos: quia tunc non esset absolutum: sed requirit subiectum. oportet ergo quod hoc sit propter aliam dependentiam ad ipsum essentialem. sed nulla est dependentia simpliciter necessaria alicuius absoluti ad aliquid quod non est de essentia eius: sed tamen causa extrinseca: nisi ad causam extrinsecam simpliciter primam: scilicet ad deum. subiectum autem non est de essentia accidentis: quia tunc homo albus non esset ens per accidens: quod est per philosophum. v. metaphysicorum. c. de ente. et. c. de uno. et. vii. metaphysicorum. c. ult. quia addendo alicui illud quod est de essentia eius: non habetur ens per accidens precipue si illud in se sit ens per se. accidens autem secundum se est ens per se secundum philosophum. v. metaphysicorum. c. de ente. unde et per se est in genere: nec subiectum est causa extrinseca simpliciter prima: quia deus non est subiectum accidentis. ergo dependentia accidentis absoluti ad subiectum non est simpliciter necessaria. voco simpliciter necessarium cuius oppositum includit contradictionem. maior probatur: quia causalitatem cuiuscumque cause extrinsece respectu cuiuscumque causati potest perfecte supplere

prima causa: quia habet in se omnem talem causalitatem eminentius quam causa secunda. Si dicatur quod subiectum est causa materialis respectu accidentis: deus autem non potest supplere vicem cause materialis sicut nec formalis. Dico secundum philosophum. vii. metaphysicorum. quod accidentia non habent materiam ex qua sunt in qua: quam deus potest supplere. vel si habent ex qua illud non est subiectum: quia subiectum cum accidente facit ens per accidens: ut dictum est. per se autem intrinsecum essentie accidentis sine materia siue forma non constituit ens per accidens: quia accidens ut totum quoddam est: ex omnibus principibus ad essentiam eius est. Tercia ratio secundum theologos est: quia accidentium quedam sunt absoluta: quedam respectiva. vocatur autem ad primum accidens respectivum secundum Durandum. in. iii. sen. non ex respectu ad subiectum vel ad fundamentum in quo est: quia sic omne accidens est respectivum et nullum absolutum. sed vocatur respectivum id cuius essentia et esse est habitudo ad aliud se habere: ut est relatio et quocumque includunt respectum essentialiter. Absolutum autem est cuius essentia non est habitudo ad aliud nec esse eius est ad aliud se habere: sed est in se quedam natura et non solum modus nature ut quantitas et qualitas. Est autem inter hec accidentia duplex differentia. Prima est quod accidens absolutum est quedam natura in se cui competat aliquis modus essendi: accidens autem respectivum solum est modus essendi alterius nature. Secunda differentia est: quod accidentia absoluta proprie dicuntur esse in subiecto: sed respectiva in illa natura in qua immediate sunt magis dicuntur esse sicut in fundamento quam ut in subiecto. Quo supposito arguitur sic: Illud de cuius intrinseca ratione non est habitudo ad alterum: potest divina virtute esse absque quocumque altero. sed omne accidens absolutum eo modo quo expositum est: est tale quod de eius intrinseca ratione non est habitudo ad alterum in quo sit tanquam in subiecto. ergo omne accidens absolutum potest divina virtute esse sine quocumque subiecto. maior pars: quia deus potest facere quicquid non implicat contradictionem vel repugnantiam intellectuum quod idem est. sed quod illud quod non includit in ratione sua intrinseca habitudinem ad alterum possit esse sine illo altero non implicat contradictionem: ut de se patet: quia non est repugnantia intellectuum ubi aliquid intelligitur absque eo quod non est de sua ratione. sed deus potest facere quodcumque ens de cuius ratione non est habitudo ad alterum sine illo altero. minor similiter patet ex differentia accidentis absoluti et respectivi: quia vocamus accidens absolutum id cuius essentia non est respectus nec esse ad aliud se habere. et ideo de ratione intrinseca talis accidentis non est habitudo ad aliud licet consequatur: et ideo deus potest facere quodcumque accidens absolutum sine subiecto. Iste tres rationes efficaciter concludunt de accidente absoluto quod possit fieri a deo sine quocumque subiecto. De accidente vero respectivo dicunt contra doctores theologos: quod nullo modo potest esse sine suo fundamento. Cuius ratio secundum Durandum duplex est. Prima: omne illud quod potest per se et in se existere est res habens modum et non solum modum rei. ex quo enim est: res est. ex quo per se est: modum essendi habet: scilicet quod est per se. sed accidens respectivum prout de ipso loquimur est solum modus rei et non res habens modum: ut dictum est. ergo non potest per se nec in se existere. Secunda ratio: omne illud quod potest per se et in se existere si alij unquam facit cum eo oppositionem sed respectus vel accidens respectivum non facit cum suo fundamento oppositionem

quia album simile non est oppositius quam album tibi: ut Themistius videtur dicere in predicamentis, ergo accidens relatiuum non potest per se et in se existere. maior probatur: quia res per se et in se subsistens non est solus modus rei: ut dictum est: sed res habens modum, talis autem est res simpliciter quae addita alii facit oppositionem: ut dictum est, et accipis respectiui non potest per se et in se existere sine suo fundamento. Tercio probatur hoc idem secundum Scotum in. iij. quia respectus est essentialiter habitudo inter duo extrema, et ideo sicut tollere terminum ad quem est respectus: est tollere vel destruere respectum: ita tollere illud cuius est respectus est tollere respectum et destruere rationem respectus, non ergo quia accidens respectiui est accidens ideo requirit subiectum vel fundamentum, sed quia respectus est respectus: ideo requirit cuius sit et ad quod sit etiam in diuinis. Et hoc est quod dicit Augustinus in li. de trinitate, quod omne quod relatiue dicitur est aliquid excepta relatione. Per hoc patet secundum Durandum in. iij. quod numerus qui est quantitas discreta: et multitudo que est de transcendentibus non potest esse sine suo fundamento: quia non dicitur res sed modos rerum unum enim quod est principium numeri: et unum quod est principium multitudinis transcendens circa naturam in qua fundatur non dicitur nisi in diuisione: que cum sit priuatio non est accidens separabile, numerus autem et multitudo transcendens non dicuntur nisi in diuisione circa res quibus conueniunt: diuisio autem non est res habens modum: sed solum modus rei, propter quod nec numerus potest esse sine rebus numeratis: nec multitudo sine his que multa dicuntur. Simili modo dicendum est de motu: quod nullo modo potest esse sine eo in quo immediate fundatur, fundatur enim motus localis in mobili mediante quantitate secundum quam habet prius et posterius: que sunt partes intrinsece motus: motus vero alterationis fundatur in mobili mediante qualitate habente gradus intensiuis et remissiuis, sed motus localis super quantitatem non dicitur nisi modum se habendi continue aliter et aliter respectu loci, et motus ad formam non dicitur nisi modum quo mobile habens formam aliquam se habet continue aliter et aliter respectu forme quo ad gradus eius, propter quod licet motus localis possit esse sine substantia mobili: non potest tamen esse sine quantitate, et similiter motus alterationis potest esse sine substantia: sed non sine qualitate in qua immediate fundatur. Patet ergo quod omne accidens absolutum potest sine implicatione adiectiuis existere sine suo proprio subiecto, accipis vero respectiui non potest esse sine suo fundamento: utriusque tamen potest esse sine substantia: ut patet de accipibus absolutis et respectiuis in sacro altaris. Ex quibus patet solutio ad fundamenta et motiua phosorum que tanquam falsa sunt neganda: quia nec propter ordinem causarum nec propter inherentiis ad subiectum impeditur: quoniam deus possit facere accipis absolutum et respectiui sine subiecto subali: ut dictum est.

Quod predicta conclusio de virtute sermonis est falsa et erronea in fide.

E his que dicta sunt de existentia accipis sine subiecto: tamen secundum phosorum secundum theologos: patet quod proprius sensus et literalis predictae conclusionis est: quod qui dixerit cum phis quod accidens non possit existere nisi inexistat:

potest cum theologia et fide catholica tenere veritatem sacri eucharistie a christo instituti: etiam tenendo panis suba non remanere. Iuxta quem sensus constat et perspicuum est cuilibet catholico predicta conclusio non solum falsa sed heretica: cum saneat phosorum error: ut habitum est. Preterea veritas sacri eucharistie eadem est nunc quam fuit a prima sui institutione, sed fides nunc tenet quod substantia panis et vini conuertitur in corpus et sanguinem christi: accipibus panis et vini idem numero per se manentibus, ad quod sequitur sine subiecto esse: ut patet ex determinatione ecclesie: extra de sum. trinitate, et si. catho. c. firmiter credimus, ergo tenens cum phis quod accipis non potest existere nisi inexistat: non potest sine errore et heresi tenere veritatem sacri eucharistie a christo instituti. Preterea ante determinationem ecclesie de transubstantiatione sube panis et vini in corpus et sanguinem christi: sine errore culpabili quod poterat opinari accipia manere sacraliter in aliquo subiecto: ex quo per ecclesiam non erat determinatum oppositum: nunc autem stante determinatione vult ecclesie quod suba panis et vini non maneant nec annihilentur sed transubstantiuntur: constat non posse sine errore defendi: quod accipia in sacro inexistat. Si dicatur quod predicta conclusio non debet intelligi de sacro instituto: sed de possibili institui. Hec euasio et canillatio stare non potest propter tria. Primo quidem: quia nos loquimur de oppositione quorum ad sensum quem de rigore facit sermonis ex quo trahi non potest nec haberi talis intellectus: ut patet cuilibet consideranti verbum potest: quod in predicta conclusio coniungitur ad ly accipies et ad ly qui dixerit et non ad ly sacrum eucharistie, et per omnes ly sacrum secundum veram logicam non potest ampliari ad supponendum pro illo quod est vel potest esse, et maxime quod ly sacrum sequitur verbum potest. Secundo quia dato et non processu tali intellectu conclusio non esset dubitabilis nec disputabilis: quia nemo sane mentis dubitat quod deus potest instituere unum sacrum eucharistie cum quo staret quod accipis inexistat: dato quod suba panis et vini non manerent nec annihilarentur, potest enim deus facere quod corpus et sanguis christi sacraliter essent sub accipibus panis et vini in aere vel in aliqua alia substantia de nouo creata subiecta: quod nihil est dictum. Tercio: quia dato tali intellectu et processu: adhuc non potest quod sine errore tenere predictam conclusionem quia dato quod non sit erroneum tenere: quod deus potest instituere sacrum eucharistie in quod accipis non est sine subiecto, hoc tamen est erroneum quod deus potest instituere aliquid sacrum in quo accipis non potest existere nisi inexistat: ut dicit conclusio: quia omnium est hoc esse erroneum et non fide. Et sic patet quod predicta conclusio in nullo sensu potest defendi sine errore. Et si dicatur: ut defensor conclusionis in suo apologetico dicere videtur: quod ex doctoribus catholicis fuit qui tenuit: ut de palude refert in iij. di. xij. q. iij. quod sicut qualitas hic remanet naturaliter: quia remanet suum immediate subiectum quod est quantitas: licet tollatur suum remotum quod est suba, et sic ipsa qualitas non subsistit sed inheret: sic etiam quantitas, caret quidem suo subiecto remoto quod est essentia sube: sed habet suum subiectum proprium et propinquum quod est esse sube: quo mediante inest sube: quia tale esse possibile est remanere essentia non remanente: imo necesse est ipsum remanere: quia secundum Theophrastum, essentia panis et cuiuslibet rei create distinguitur realiter a suo esse, et per omnes non implicat adiectiuis essentia panis non manente manere suum esse: quo manente deus potest subiectare et de facto subiectat

accidentia panis in tali esse, et per se non est erroneum cum Thoma et cum alijs theologis tenere accidentia panis et vini in sacro altaris inexistere: Rideo et dico quod verum est quod beatus Thomas opinatur quod essentia cuiuslibet rei create distinguitur realiter a suo esse; sed non tenet quod esse possit separari et separatim conservari sine essentia: quia effectus formalis non potest fieri nec esse sine sua causa formali. modo secundum Thomam esse est effectus formalis essentie. Preterea dato quod esse posset fieri et conservari sine essentia: adhuc non sequitur secundum Thomam quod in tali esse accidentia panis et vini possint subiectari: quia esse secundum Thomam est ultima actualitas forme vel habentis formam: ut patet in prima parte questionum 113, 114, 115, 116, et fere per totum librum, et per se de ratione esse est actuare et a nullo actuari, sicut enim in entibus creatis est dare ultimam subiectibilem sic non potest alteri actuare: ita est debilis ultimus actus sic quod actuatur et a nullo formaliter potest actuari: quale est esse actualis existentie, et ideo si esse panis non convertatur sed maneat in accidentibus: ut quidam Thomistarum opinantur: relinquatur quod non maneat ut subiectum accidentium panis: sed ut forma et actualitas et subsistentia formalis accidentium panis et vini, et hoc est quod Thomas dicit in 113, et ubique de tali materia loquitur: quod in sacro altaris consecratur virtute divina accidentibus illud idem esse quod habebat in substantia. Et sic patet secundum Thomam quod erroneum est dicere accidentia panis inexistere subiective in esse panis: imo econverso esse panis se habere per modum actus et ut subsistentia accidentium panis. Secundo dico quod verum est quod dominus Petrus de palude in presallegato loco refert illam opinionem: sed reputat eam impossibilem et in parte materia hereticam: quia incertum et immanifestum est tam secundum fidem quam secundum rationem naturalem: quod essentia panis distinguitur realiter a suo esse: et quod maneat esse panis contra essentia panis: imo communis opinio doctorum tenet quod sunt idem realiter. Tertium autem et manifestum est secundum fidem quod accidentia panis maneant sine subiecto, ergo erroneum et hereticum est tenere et asserere quod accidentia panis sint subiective de facto et de possibili secundum Petrum de palude in esse panis. Et licet mihi alijs visum fuerit predictam conclusionem non esse hereticam: sed falsam et erroneam: nunc autem diligentius consideranti videtur salvo meliori iudicio de virtute sermonis erronea et heretica: contra veritatem sacramenti eucharistie quam universalis ecclesia tenet et credit.

**Septima Conclusio Apologetica Joannis
Bici Brandulani Concordie Comitis.**

Si teneatur communis via de possibilitate suppositionis respectu cuiuscumque creature: dico quod sine conversione substantie panis in corpus christi vel panicitatis annihilatione fieri potest: ut in altari sit corpus christi secundum veritatem sacramenti: quod sit dictum loquendo de possibili: non de sic esse.

Determinatio magistralis.

Multi solennes theologii opinantur quod predicta conclusio non solum de sic esse: sed de possibili sit falsa et in fide erronea. Ad cuius veritatis inquisitionem ostendit primo: quod predicta conclusio est multiplex et ambigua in sensu quem de vi verborum facit. Secundo rectabit opinio magistri Jobis Parisiensis (cui defensor predictae conclusionis imitatur) de existentia corporis et sanguinis christi in sacro per novam assumptionem substantie panis et vini. Tertio ostenditur quod predicta opinio est heretica. Ex quibus patebit quod tenendum sit de conclusione predicta.

Quod predicta conclusio habet de virtute sermonis multiplicem et ambiguum sensum.

Non est dubitandum sed firmiter tenendum: quod deus possit facere corpus christi esse panis in altari sacramentaliter manente substantia panis: imo multi catholici tractatores sine errore culpabili tenuerunt: antequam ecclesia determinaret modum existendi corporis et sanguinis christi in sacramento a christo instituto. sed quia in predicta conclusione ponitur per se veritatem sacramenti quod potest supponere pro veritate de facto aut de possibili: credo, quod referendo illam determinationem ad veritatem sacramenti de facto: conclusio sit falsa et heretica. Cuius ratio est: quia veritas sacramenti a christo instituti consistit in hoc quod verum corpus et sanguis christi sunt sub speciebus panis et vini realiter: transsubstantiatis pane et vino, et hec veritas fuit a principio institutionis facti: quia quod ecclesia determinat esse tenendum circa factum eucharistie credendum est a principio fuisse institutum, si esset veritas facti restaret ad veritatem possibilem: ut defensor predictae conclusionis fatetur in suo apologetico: credo quod conclusio sit vera et catholica: ut subtiliter deducitur et defenditur a magistro Jobe Parisiensis: quem defensor predictae conclusionis in hac secta materia, et hoc est quod sub alijs verbis a magnis doctoribus dicitur: quia predicta conclusio aut intelligitur de veritate facti univoce quam nunc ecclesia tenet: et sic conclusio est falsa et heretica et predictam implicans, aut intelligitur de veritate sacramenti equivoce et alterius rationis: et sic conclusio in hoc sensu est vera et catholica. Patet igitur quod predicta conclusio est multiplex et ambigua.

Opinio magistri Jo. Parisiensis de existentia corporis et sanguinis christi in sacro altaris per assumptionem substantie panis et vini.

Alia magistri Jobis Parisiensis predictam conclusionem non solum de possibili sed de sic esse defendit: ut error predictae opinionis magis appareat: recitandus est modus ponendi eum motus predicti erroris. Modus igitur ponendi talis est: Christus inquit mediante corpore humano ut notat partem non totum assumit in unitatem suppositi naturam panis prolati verbis consecrationis: sicut

a principio persona filij assumpsit humanitatem. et rone huius assumptionis natura panis assumpti cum sit corpus vel corporea est vere corpus xpi. et clarius verum corpus xpi sumptum de virgine mediante quo assumitur natura panis potest dici panis; et econverso panis potest dici corpus xpi propter conuersionem idiomatum inter assumens et assumptum. sic ergo in hoc sacramento est realiter corpus xpi duplex: quo ad naturam: licet sit unum tamen quo ad suppositum. quo ad naturam enim est ibi unum assumptum tamen quod est substantia panis: que ratione assumptionis est corpus xpi. et istud est realiter in sacramento: aliud fuit a principio assumptum et est medium assumendi alteri: scilicet corpus assumptum de virgine. sed istud non est in sacramento nisi propter conuersionem idiomatum: quod verum est dicere quod panis est illud corpus et illud corpus est panis. Ponit ergo hec opinio duo in generali. Primum est quod suppositum filij de nouo assumat naturam panis. quam assumptionem dicunt fieri mediante corpore xpi parte et non immediate nec mediante totali humanitate. Cuius rationem assignat: quia si suba panis immediate assumeret a supposito filij: verum esset dicere quod filius dei est panis: sicut verum est dicere filius dei est homo: quia immediate naturam hominis assumpsit. Rursus si substantia panis assumeretur a persona filij mediante totali humanitate idem sequeretur: sicut cum ad suppositum Sordis trahitur albedo mediante totali superficie: verum est dicere quod Sordes est albus. Hoc autem non intendunt isti dicere: imo dicunt quod per talem assumptionem non est verum dicere quod filius dei sit panis: vel quod iste homo demonstrato xpo sit panis. pro eo quod in epistola de corpore xpi reputatur erroneum dicere verbum impanatum: sicut verbum incarnatum. et propter hoc dicitur assumptionem substantie panis fieri mediante corpore parte: ex qua assumptione non sequitur predicta predicatio sicut in ethiops: quia ad suppositum ethiops trahitur albedo: non immediate nec mediante tota superficie: sed solum mediante parte superficie que est in dente: ideo non dicitur ethiops albus sed solum dens eius. Secundum quod ponit ista opinio est: quod in hoc sacramento remanet suba panis non mutata quo ad naturam sed mutata quo ad suppositum: quia per assumptionem tracta est ad suppositum diuinum: et mediante hac substantia panis est in eodem sacramento corpus xpi humanum quod dicitur partem: et est ibi solum propter conuersionem idiomatum: quia unum ibi predicatur de alio et econverso. Hanc autem opinionem de sic esse apparet fuisse approbatam in concilio Romano per Nicolaum papam et. Cxxiii. episcopos ex confessione Berengarii ibidem facta et a concilio approbata. cuius verba recitantur de conse. di. ij. c. ego Berengarius profiteor panem et vinum que in altari ponuntur: et per consecrationem non solum sacramentum sed etiam verum corpus et sanguinem domini nostri ihesu xpi esse: et sensibili non solum sacramento sed in veritate manibus sacerdotum tractari frangi et dentibus fidelium atteri. Que verba non videntur de plano posse verificari: sicut plane accipi debent verba confessionis sic sollemniter approbata: nisi per modum predictum: scilicet per assumptionem nature panis a corpore xpi parte. sic enim potest dici quod corpus xpi non solum specie exteriori: sed in sua veritate sensualiter tractatur et frangitur

ratione panicitatis assumpte que de corpore predicatur: et tamen corpus xpi humanum in se et in natura sua manet integrum: sicut in passione verum erat quod deus mortificabatur et vivebat secundum diversas naturas. et ita dicit magister Innoz quosdam dixisse: et haberi ex confessione Berengarii li. iij. di. xij. dicentis sic: Alij tradunt corpus xpi essentialiter frangi et diuidi et tamen integrum et incorruptibile existere: quod se colligere asserunt ex confessione Berengarii superius posita. Ostensis tamen et Sanfredus et Bernardus super decretalibus. firmiter credimus. et cum Marte. notant tres opiniones circa existendi modum corporis xpi in altari. quarum una ponit quod panis sit corpus xpi: de conse. di. ij. panis. et quia corpus. Alia ponit panem non remanere sed conuerti et sola accidentia remanere: que videtur approbari per. c. firmiter credimus. Tercia ponit substantiam panis remanere et esse cum corpore xpi: de conse. di. ij. ego Bereng. et quelibet istarum ponit verum corpus xpi esse in altari: ut idem dicit Bartholomeus: de pse. di. ij. in sacramento. ecce quod panis substantiam remanere dicitur esse opinionem: nec reprobata dicunt: imo potius referunt ad confessionem Berengarii que fuit per concilium approbata. Ista etiam opinio videtur esse intelligibilior quam alia conuersio et visitata: que ponit corpus xpi in altari per conuersionem substantie panis in ipsum: quod videtur esse mirabile et vix ab hominibus capi potest quomodo aliquid sit in altari per illud quod in altari non est: imo per id quod iam omnino non est: sed per substantiam panis que in sua conuersione esse desinit. facile autem capi potest qualiter corpus xpi sit in altari per assumptionem panicitatis: quia cum panis sit corpus xpi et corpus xpi sit panis: sicut deus homo et homo deus. ubi est unum et reliquum in sacramento sumptum propter conuersionem idiomatum. Et sic patet quod hec opinio non solum ponit possibilitatem assumptionis panicitatis: sed de facto ponit quod substantia panis et vini sint in sacramento per assumptionem et non per conuersionem: ut fides catholica tenet. Huic autem opinioni innititur defensor predictae conclusionis: quod probatur per hoc quod in suo apologetico nititur et conatur soluere argumenta que fiunt contra predictam opinionem in quantum concludunt contra sic esse: quod est signum efficacissimum ad concludendum predictam defensionem sentire cum magistro Jobe Parisiensi. quod corpus et sanguis xpi non sunt in sacramento per conuersionem substantie panis et vini: sed per nouam assumptionem.

Confutatio opinionis Jobis Parisiensis cum solutione ad rationes ipsius.

Quam determinatio ecclesie est de sum. trini. et si. ca. c. firmiter credimus. et de cele. missaz. c. cum Marte. sufficiat ad ostendendum opinionem magistri Joannis Parisiensis esse hereticam: rationibus tamen efficaciter probandum est esse falsam et impossibilem. Primum quidem in hoc quod ponit de assumptione suba panis et vini: quia ridiculum est quod omni die assumatur una natura: imo multe a supposito diuino: et omni die deponantur. hoc autem esset si substantia panis in hoc sacramento de nouo assumeretur:

quia quot fiunt consecrationes tot substantie de nouo assumerentur et tot deponerentur: cum desinant esse per usum sacri. Quod si dicatur quod natura immediate assumpta nunquam deponitur: sed bene deponitur que est assumpta mediante alio: ut patet de fame siti et calore et frigore: carne fluente et refluyente: que de nouo fuerunt in christo mediante humanitate, non valet: quia aliud est de proprietatibus naturam consequentibus que insunt vicissim mediante natura: quia tales non dicuntur de nouo assumi et si de nouo insunt: quia de natura sua non habent esse in se sed in alio quod secundum naturam suam est talium proprietatum susceptibile: siue maneat in se siue sumatur ab alio, et aliud est de natura que nata est esse in se nec potest esse in alio nisi per miraculosam assumptionem, de tali enim eque inconueniens est quod immediate de nouo assumatur vel mediante alio. Secundo: quia non solum videtur inconueniens et ridiculum quod aliqua natura de nouo assumatur et statim deponatur: ut predicta ratio ostendit, sed videtur impossibile quod talis assumptio fiat mediante aliquo creato: sicut ponit predicta opinio: quia illud medium vel se habet in ratione efficientis talem assumptionem vel in ratione terminantis, sed nihil creatum potest se habere ad assumptionem aliquo istorum modorum secundum veritatem. Quod enim nihil creatum possit esse causa efficiens talis assumptionis: patet, quia talis assumptio fit per hoc quod res amittit suum proprium et naturalem modum essendi et accipit nouum et quasi oppositum, sed quod res aliqua manens in se et in sua natura amittat suum naturalem modum essendi et alienum induat non videtur posse facere nisi actor nature: qui sicut solus naturas rerum instituit: sic solus eas mutare potest, et per idem videtur quod nihil creatum possit terminare talem assumptionem: quia non potest tribui alicui nature quod est super naturam et super totum cursum nature, hoc autem est substantificare aliam naturam que nata est in se subsistere. Tercio: quia ponendo talem assumptionem panicitatis incidunt in id quod vitare intendunt, dicunt enim panicitatem assumi mediante corpore parte et non mediante humanitate: ne cogantur dicere quod per talem assumptionem verificetur: quod deus sit panis vel impanatus: sicut dicimus verbum caro factum est incarnatum. Istud autem non euadit: quia si aliqua forma accidentalis eque perfecte omni modo perfectionis posset esse in toto mediante parte: sicut mediante toto: eque verificaretur de toto quod inesset mediante parte: sicut quod inesset ei immediate, ex neutra enim parte esset denominatio secundum quid: sed simpliciter, propter hoc enim solum dicitur ethiops albus non simpliciter sed secundum dentem: quia albedo non ita perfecte inest ethiopi ratione talis partis: sicut si inesset ei ratione totius. Cum igitur eque perfecte ponatur substantia panis assumi mediante corpore parte: sicut si assumeretur immediate vel mediante tali humanitate, patet quod eque vere potest dici deus panis vel iste homo panis: sicut diceretur si esset facta assumptio substantie panis immediate vel mediante totali humanitate. Secundo hec opinio est falsa et impossibilis in hoc quod ponit: quod per talem assumptionem corpus christi sumptum de virgine sit in hoc sacramento per consecrationem idiomatum: non per veram existentiam sue nature quia relatiuum semper refert idem numero quod precessit, sed christus instituit hoc

sacramentum dixit hec verba Luc. xij. Hoc est corpus meum: quod pro vobis tradetur, et hic est calix in meo sanguine qui pro vobis effundetur, ergo illud idem corpus numero quod postea fuit traditum ad crucifigendum: fuit prius traditum apostolis in sacramento ad edendum, sed corpus quod fuit traditum ad crucifigendum non fuit de natura panis: sed fuit corpus pertinens ad naturam humanitatis, ergo corpus traditum apostolis in sacramento altaris fuit vere de natura humanitatis, et pari ratione in sacramento non est corpus christi pertinens ad humanitatem, et per rationem non est ibi solum per consecrationem idiomatum ex assumptione panicitatis: ut predicta opinio dicit. Quod si quis dicat: quod relatiuum refert idem secundum suppositum non idem secundum naturam, et sic potest vere dici demonstrato pane assumpto: hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: quia idem suppositum est habens panicitatem assumptam et corporeitatem postea traditam, et sic idem suppositum fuit primo demonstratum et deinde traditum: licet secundum aliam et aliam naturam. Hec inquam euasio non valet: quia cum dicitur hoc est corpus meum: corpus non potest ibi teneri pro supposito habente corporeitatem: sed potius pro natura humana, ut notat pronomen possessiuum quod ei additur cum dicitur: corpus meum hoc est corpus quod habeo, ergo eadem natura prius ostenditur et postea refertur et non solum idem suppositum, cum igitur referatur natura corporis humani que tradita fuit ad crucifigendum: patet quod eadem secundum se prius in sacramento fuit data discipulis ad edendum. Confirmatur ista ratio: quia aliud est dicere corpus quod est christus, hoc enim est genus ad aial et dicit totum suppositum christi: et aliud corpus christi quod dicit partem humanitatis, licet autem corpus utroque modo sumptum sit in altari tamen differenter: quia corpus quod est suppositum est ibi secundario tamen ex naturali concomitantia: sed corpus quod est pars est ibi virtute sacramenti et ex vi verborum directe, quod patet ex forma consecrationis ipsius corporis qua dicitur: hoc est corpus meum: quod non potest intelligi de corpore quod est genus: sed solum de corpore quod est pars: quia genus non predicatur possessiue de suo inferiori sicut pars de toto, bene enim dico humanitas mea et manus mea: non autem animal meum nec homo meus de meipso. Hoc idem apparet in consecratione sanguinis qua dicitur: hic est calix sanguinis mei, sanguis autem non est equiuocum ad genus et ad partem sicut corpus: sed tamen sumitur pro parte. Bato ergo quod corpus quod est christus per assumptionem esset ex vi sacramenti in altari: non tamen corpus christi quod est pars: nisi tamen ex naturali concomitantia: quia per assumptionem non fieret unio in naturis: sed tamen in persona, unde per illam assumptionem fieret quod panis esset corpus quod est christus: non autem corpus christi: quod est contra veritatem forme consecrationis. Tercio predicta opinio non potest saluare quod corpus christi sit in altari nec realiter nec secundum consecrationem idiomatum, non realiter: quia assumptio duarum naturarum ab vno supposito non sufficit ad hoc quod vbi est vna natura ibi sit et alia: quia si suppositum filij a principio assumpsisset humanitatem petri in Roma et paulum in Judea: non propter hoc vbi esset petrus ibi esset paulus et econuerso: nisi tamen ad suppositum quod de utroque predicatur et de quo utrumque predicatur consecraretur, sicut dato quod suppositum filij assumpsisset humanitatem et panicitatem: non oportet quod

vbi est natura panis ibi sit natura humanitatis. Nec rōne suppositi possit dici qd vbi est panis ibi sit corpus xpi pp cōicatiōez idiomatū: quia fm hanc opionem nomen suppositi nō respicit predicatiōem panis assumpti nec corpis partis. Nō enim est verū dicere fm predictā opionē: qd filius dei sit panis vel corpus qd est pars. ergo rōne cōisuppositi nō pōt vñū de altero pdicari vt sic dicat vñū esse alterū: vel vñū esse vbi est alterū. Propter qd predicta opinio nō solū de sic eē: sed de possibili a magnis doctoribus reputat falsa et impossibilis: et maxime stante forma psecratiōis a xpo instituta. nam data illa positiōe: forma psecratiōis esset falsa: quia contentū sub spēbus quibus eēt corpus qd est xps: vt dicitū est: nō tñ nōcō corpus xpi. si enim ly hoc demonstraret substantiā et naturā panis: tūc locutio penitus est falsa. sicut hec: diuinitas est hūanitas: vel aīa xpi est corpus xpi: quia natura nō predicat de natura in abstracto qm tūc qd habeant idem suppositū. Si autē demonstrat verū corpus xpi qd est pars hūanitatis: tūc virtute taliū verborū nec suppositū xpi nec natura panis est directe in sacro. et vltra hoc positiō illa nō pōt hoc ponere cui dicat ly hoc demonstrare nō aliquā naturā sed suppositū triplicis nature: scz diuinitatis hūanitatis et paneitatis. Tñ fm illā opionē vel forma psecratiōis falsa est: vel si vera est: nec suppositū filij nec natura panis est ex directa vi verborū in sacro eucharistie: sed sola natura corporeitatis partis hūanitatis xpi cuius oppositū ponit ista opinio. et ita videtur implicare contradicōnem dum ex vna parte verificat formā psecratiōis: et ex alia falsificat eā. Ex qbus p3 q opinio magri Jobis Parisien qm ad modū ponendi est falsa et heretica. nec illud qd inducit de psecratiōe Berengarij facit pro opinione: nā sicut dicit glo. ibidem nisi sane intelligas verba Berengarij in maiorē incidet heresim qd ipse habuit: nisi oīa referas ad spēs ipas: que franguntur et dentibus atterunt. Nā de corpe xpi partes nō facimus: sed sub illis spēbus fractis et atritis totū et integrū corpus xpi manducat et sumit. Hoc idem sentire videtur magri sen. vbi supra: qd postea inducit de glosatoribus: Sanfredo. Hostiensis. et Bartholomeo sup decre. firmiter credimus et cū marte. Dicendū fm Durandū in. iij. q. 13 dñi canoniste recitent tres opiniones: nullā tñ approbāt vt verā nisi illā: qd corpus xpi est in altari p transubstantiatiōez panis et vini. et si expresse nō dicāt aliquā erroneā: nō pp hoc nō est erronea. non enim sciuerūt oēs passus sacre scripture a qbus discordat opinio supraposita: sicut oñsum est prius. Ad illud quod adducit qd predicta opinio de assumptōe panetatis est intelligibilis: dico qd in his q sunt fidei non semp est eligendū id qd est intelligibilis: nec id ad qd sequunt pauciores difficultates. sic enīz ponemus in diuinis vñū solū suppositū absolutū qd est intelligibili⁹: et ad quod nulla difficultas sequit humanā rōnem. sed est ponendū magis id qd est consonū dictis scōp et traditioni ecclesiastice: licz plures difficultates occurrant. Oportet enim intellectū nrm captiuare in obsequiū xpi iuxta sniam Apostoli. Unde licet illa assumptio quā ponit predicta opinio magis saluaret fm Petri de palude apparentiā ad sensum: tñ puerisio magis saluat apparentiā ad

intellectū: id est verba euangelij: que melius est saluare: que non possunt metiri sicut sensus possunt decipi. Patz igit q licz deus posset panem et vinum assumere sicut pōt puerere: posset enim verba instituere ad quoz pcolatiōem sequeret assumptio: sicut nūc ad hoz pcolationem sequit puerisio. de facto tñ nō dedit talem virtutem istis verbis: nec posset saluari sensus verborū modernus: si fieret assumptio nō puerisio. Ex quibus oibus p3 quid tenendum sit de predicta conclusionē: quia in vno sensu est vera et catholica: in altero vō sensu non solum est erronea sed heretica.

**Octaua Conclusio Apologetica Joannis
Picti Brandulani Concordie Comitis.**

Illa verba: hoc est corpus meum: que in consecratione dicuntur: materialiter tenentur et nō significantiue.

Determinatio magistralis.

Non parua difficultatem apud canonistas inducit pronomen demonstratiuū et possessiuū in forma psecratiōis posita. Nā si demonstraret per pronomen hoc substantia panis: forma psecratiōis esset falsa: quia panis nō est corpus xpi. Si vō demonstrat corpus xpi: tūc ante totius forme pcolatiōem fieret transubstantiatio: quod est falsum. propter quod glosator decreti de psecra. di. ij. c. timorem. volens predictā difficultatem euadere: dicit. qd pronomen demonstratiuū in predictis formis verborū nihil demonstrat: quia materialiter ponitur et nō significantiue. Et si arguatur: qualiter per dictionem nihil significantes fiat transubstantiatio. Item dñs vtebat significantiue voce illa: et nos vtimur materialiter. ergo nō facimus ea que ipse fecit. Rndet glosator: oportet hic q mag' opet fides qd rō differēdi. Tñ dicit qd ea vis data est ipsis verbis: qd ad eoz pcolatiōem fit transubstantiatio. Item ideo sacerdos ea non proferat significantiue: quia nō posset ea vere proferre. mentiretur enīz si diceret: hoc est corpus meū. Hec sunt verba glosatoris: quibus innitit defensor predictę pclusiōis: vt p3 per supradictā pclusiōem. In qbus quidez verbis sunt plures errores periculosi in fide. Primus igit error est in hoc qd dicit qd pronomen demonstratiuū in forma psecratiōis posita nihil demonstrat quia certū et manifestū est qd forma psecratiōis qua xps psecrauit et minister euangelicus psecrat sunt vnius et eiusdē rōnis: sed pronomen demonstratiuū in forma consecratiōis qua xps psecrabat aliquid demonstrabat. ergo in forma psecratiōis qua minister xpi vtit illud idem demonstrat. Si dicat qd qñ xps illa verba dixit nō transubstantiauit panem in corpus suū: qd probat ex verbis illius canonis: quia ibi premitit benedixit. vñ dicit qd per illā bñdictiōem precedentem psecrauit: nō per ista verba: hoc est corpus meū. cui concordat Innocen. de offi. mil. parte. iij. c. vi. et. iij. Hec euasio nō euacuat difficultatē sed in maiorē incidit errorem: quia xps aut psecit sine verbis: quod non est



probabile nec consonū sacre scripture: quia euangeliste dicit: q̄ accipiens panem benedixit: hoc est benedictione sua consecrauit. oīs aut benedictio fit aliis quibus verbis: sicut ip̄m nomen sonat. ergo x̄ps confecit cū verbis. Et tunc queritur: aut cū istis: aut cū alijs. non cū alijs a predictis: quia nō est pbabile fm Scotū q̄ alia forma vtatur actor: et ministri quibus cōmittit formā. si eisdem remanet difficultas de significatiōe et demōstratione pronominis: q̄b̄ et si demonstrabat in forma x̄pi et in forma qua vtitur minister demonstrat. Si non demonstrabat: sequitur q̄ x̄ps p̄secrando et dicēdo: hoc est corpus meū mentiebatur: quod est hereticū. Preterea si x̄ps esset viator posset proferre ista verba et p̄ficere: et remanet eadem difficultas an p̄nomen demonstratiuū aliquid demonstrat vel nō. si nō: sequitur incōueniens deductū. si sic: habetur propositū. Dicendū est ergo q̄ illud idem q̄b̄ pronomen demōstrauit in forma qua x̄ps institutor sacri et primus p̄secrator p̄secrauit: demōstrat in forma qua minister euangelicus p̄secrat. Secundus error est in hoc q̄ dicit q̄ p̄dicta verba tenentur materialiter et nō significatiue: quia forma qua x̄ps consecrauit tenebat significatiue. ergo et forma qua minister cōsecrat tenet significatiue. dato q̄ put dicuntur a sacerdote et vt verba dñi recitata materialiter teneantur: quia prolatio et recitatio nō auferūt a verbis primariā significatiōem et personalem suppositiōem: vt p̄ de ista: Plato dicit q̄ Socrates est aīal. dato q̄ istud dictū supponat materialiter prout refert ad dicentem et ad dictū: q̄b̄ non pōt esse nisi vox: referendo tñ orōnez prolata et dicta ad eius primariam impositiōem supponit personaliter et significatiue. als si quis diceret Socratem esse animal nō diceret verū: q̄b̄ est cōtra oēs logicos antiquos et modernos. Preterea nō est rōni consonū vt arguit Alexander de Alijs: q̄ verba quibus perscribit forma huius sacramenti materialiter tñ teneantur: sicut nec in alijs sacris. nec videt̄ probabile q̄ verbis materialiter tñ tentis p̄tulit dñs virtutem transsubstantiadi: h̄ potius verbis que tenent si significatiue. Preterea si verba predicta materialit̄ tñ et non significatiue tenerent: sequit̄ fm Tho. q̄ predicta verba nō applicarent ad materiā corporalem p̄ntem: sed ad materiā preteritā x̄po cenanti cū aplis p̄ntem. et ita nō perficeret̄ sacm̄: q̄b̄ est hereticū. Dicit enim Auḡ. accedit verbū ad elementū et fit sacm̄. Item verba sacralia efficiūt q̄b̄ significant fm maḡm in. iij. sen. di. i. et h̄etur ab Auḡ. sup. Jo. sed predicta forma p̄secratiōis panis et vini sunt verba sacralia. ergo efficiunt q̄b̄ significant. sed nō efficerēt q̄b̄ significant si materialiter tñ et nō significatiue tenerent. ergo idem q̄b̄ prius. Preterea si minister gerens x̄pi personam proferret tñ illa verba: hoc est corpus meū: eū intentōe faciendi q̄b̄ x̄ps fecit: vere p̄ficeret fm doctores: quia in illis verbis et solis illis consistit suba forme p̄secratiōis panis. sed illo dato verba tenerent significatiue cū nihil prederet per quod verba designarent teneri materialiter. ergo qualitercunq̄ proferant tenent significatiue. Si dicatur q̄ per ista verba precise: hoc est corpus meū: nō expressis precedentibus: sc̄z qui p̄uidie q̄b̄ pateret̄ et c. non posset fieri consecratio: quia verba sacralia debent significare fm istos id q̄b̄ p̄tinet

in sacro. sed ista verba: hoc est enim corpus meū: sine alijs verbis precedentibus prolatis nō significant corpus x̄pi realiter p̄tineri sub speciebus panis: sed potius significant corpus sacerdotis proferentis p̄tineri sub eis. ergo. Et p̄firmat: quia si ego dicerem Paulus dicit: hec est doctrina mea: nō significo q̄ hec esset doctrina mea h̄ doctrina Pauli: rōne eius q̄b̄ p̄mittit. sed si nullo p̄missio dicā: hec est doctrina mea: significo doctrinā esse meā et nō alterius. Ita et in proposito si p̄mittant̄ illa verba canonis: Qui p̄uidie q̄b̄ pateretur vsq̄z ibi: dicens accipite et manducate hoc est enim corpus meū. significat corpus x̄pi ibi p̄tineri et nō corp⁹ ministri: p̄ quāto talia verba tenent materialit̄ et recitatiue. si autem eis nō p̄missis dicat sacerdos: hoc est corpus meū: significatur corpus ministri ibi esse: non autem x̄pi: quia sic tenent significatiue et p̄sonaliter. talia aut̄ verba nō p̄t̄ esse verba p̄secratiōis. ergo requirit̄ q̄ precedentia verba dicant̄ ad hoc q̄ propositio sit vera. et propter hoc dicit glossator decreti: q̄ predicta verba teneant̄ materialit̄. Ad hoc r̄fidetur fm Durandū in quarto: q̄ sufficit q̄ verba p̄secratiōis significant corpus x̄pi ibi esse ex institutiōe x̄pi ordinantis et intentōe ministri proferentis: quibus precedentia verba talem sensum nō innuāt. Q̄b̄ p̄z: quia si oporteret q̄ ex forma verborum insinuaret corpus x̄pi esse ibi: nō solū nō fieret p̄secratio p̄ verba hoc est corpus meū: alijs nō p̄missis: sed etiā p̄ eandē rōnez nō fieret eis p̄missis: q̄a precedentia verba recitant̄ vt dicta a x̄po: sc̄z q̄ accipiens panes benedixit et fregit et dedit discipulis suis dicens: hoc est corpus meū. p̄stat aut̄ q̄ per hanc seriem verborum nō significat q̄ corpus x̄pi sit sub speciebus panis quem sacerdos tenet vel corā se habet: sed solū sub speciebus panis quem x̄ps accepit et benedixit. ergo per hec verba non esset corpus x̄pi sub speciebus panis p̄stitibus sacerdoti: q̄b̄ est falsum et hereticū. sufficit ergo q̄ verba p̄secratiōis significant id q̄b̄ p̄tinet in isto sacro: nō ex serie verborum precedentium: sed ex institutione x̄pi et intentione ministri gerentis personā x̄pi. Et ex hoc p̄z q̄ predicta verba q̄i proferunt a sacerdote nō tñ materialiter: sed etiā significatiue accipiunt. Nec obstat q̄ sacerdos ea recitatiue p̄fert quasi a x̄po dicta: quia fm Thomā propter infinitā virtutem x̄pi sicut ex cōtactu carnis sue mundissime vis regeneratiua peruenit nō solū ad illas aquas que x̄pm tetigerunt: sed ad oēs vbiq̄ terrarum per oīa futura secula: ita etiā ex prolatiōe ipsius x̄pi hec verba virtutem p̄secratiuā sunt p̄secuta a quocunq̄ sacerdote dicant̄: ac si x̄ps ea p̄ntialiter et personaliter proferret. et hinc est q̄ hec orō: hoc est corpus meū: fm theologos est significatiua simul et opatiua. significatiua quidem ex prima sui impositiōe: opatiua vō ex forme sacramentalis institutiōe. X̄ps enī in institutione forme huius sacramenti p̄tulit virtutem verbo predicto. rōne ergo qua est significatiua pronomen hoc demōstrat aliquid: rōne qua est opatiua insinuat aliud in aliud p̄uertendū. Q̄b̄ qualiter sit declarat subtiliter beatus Thomas in. iij. sen. di. viij. sic dicens: Ea que sunt in voce proportionantur his que sunt in aīa. conceptio aut̄ aīe duobus modis se habet. Uno modo vt repetitio rei tñ: sicut est in oibus cognitiōibus acceptis a reb⁹. et tūc veritas

conceptionis presupponit entitatem rei sicut propria mensura; ut dicitur in decimo metaphysice. et per modum huiusmodi conceptionum se habent locutiones que causa significationis tamen proferunt. Alio modo conceptio anime non est repetitiva rei; sed magis presignativa; sicut exemplar factuum; sicut patet in scientia practica que est causa rei. et veritas huius conceptus non presupponit entitatem rei; sed precedit ipsam naturaliter quasi causa et simul sunt tempore. et ad hunc modum se habent verba premissa; que sunt significativa et factiva eius quod significat. unde veritas et significatio huius locutionis precedit naturaliter entitatem rei quam significat; et non presupponit ipsam quous sit simul cum ipsa tempore; sicut causa propria cum proprio effectu. sed quia significatio et veritas locutionis que simul tempore est cum transsubstantiatione surgit ex significationibus partium successive prolata; ideo oportet quod dictio ultimo prolata compleat significationem locutionis; sicut differentia specifica; et simul cum significatione sit entitas rei. et per hanc significationem primam preterit precedit transsubstantiationem. que quidem non successive fit; sed in instanti ultimo per significationem locutionis iam perfectam. sic ergo hoc pronomen hoc neque demonstrat terminum ad quem transsubstantiationis determinate; quia iam significatio locutionis presupponeret entitatem rei significate et non esset causa eius. Neque item demonstrat terminum a quo determinate; quia eius significatio impediret veritatem significationis totius locutionis; cum terminus a quo non remaneat in ultimo instanti locutionis. Relinquit ergo quod pronomen demonstrativum demonstrat hoc quod est eodem utriusque termino indeterminate. unde sensus est; hoc contentum sub his speciebus est corpus meum. et hec est causa quare cum pronomine non ponitur aliquod nomen; ne demonstratio ad aliquam speciem substantie determinet. sicut enim in locutione que significat tamen alterationem per se subiectum est subiectum eodem alterationis; ut cum dicitur hoc fit album. ita oportet quod in locutione que facit transsubstantiationem subiectum sit hoc quod est eodem transsubstantiatione. Ex quo patet quod hoc in predicta propositione habet suppositionem non simplicem nec determinatam sed confusam tamen; et non ex virtute sermonis; tamen ex institutione christi accommodantis hanc locutionem practica et factiva ex suo beneplacito ad tales suppositionem et significationem; et subiectum eius ad predictam demonstrationem unius confusi eodem ad terminum a quo et ad terminum ad quem sine actuali expressione vel demonstratione alicuius illoque per modum copulative vel disjunctive; aut per modum propositionis de disiuncto aut copulato subiecto. sed uterque terminus ibidem demonstrat in quodam eodem confuse et potentialiter; sicut singulare in suo ultimo vel eodem vel superiori. Et si queratur si hoc in predicta propositione demonstrat suam significationem sub certo tempore? Dico quod non; quia pronomen non habet significare nec supponere cum tempore. et de hoc Petrus de palude exponens sententiam beati Thomas in libro III. sic dicit; Quidam inquit dicit quod hoc pronomen hoc in predicta locutione facit demonstrationem ad sensum et intellectum simul; sic intelligendo quod demonstrat aliquid quod est obiectum intellectus et aliquid quod est obiectum sensus. primum in recto; secundum in obliquo; ut sit sensus. hoc id est aliquid contentum sub hac specie sensibili non restringendo existentiam sub hac specie sensibili ad aliquam temporis differentiam

determinatam. significatio enim nominis sive substantivi sive adiectivi non restringit ad aliquam differentiam temporis. unde secundum Bonaventuram tempus non est de accidentibus nominis. et quia suppositio nominis fundatur super eius significationem; ita quod nihil supponit nisi in quo salvatur significatio eius. ideo per hunc terminum subalem vel substantivum potest supponi substantia que est vel que fuit vel que erit. Cum ergo secundum Bonaventuram ideo dicatur pronomen; quia ponitur pro nomine; demonstratum per hoc pronomen hoc potest intelligi aliquid presentis vel de propinquo futurum sub hac specie; secundum enim Bonaventuram pronomen non accidit tempore. Nec potest dici quod restringatur per verbum presentis temporis ad supponendum per aliquo quod est presentis sub illa specie; cum verbum futuri temporis restringere non possit terminum ad supponendum tamen pro re futura. Cuius ratio est quia quous res significata per verbum sit immediate unita rei significate per suppositum; tamen significat per modum distantis. Id autem quod est significatum per modum distantis non restringit id quod est significatum per modum distantis. cum enim dicitur iste homo est albus; iste terminus homo non restringit ad supponendum pro albis tamen; sicut cum dicitur homo albus. cum ergo sacerdos in persona christi proferat hanc propositionem hoc est corpus meum. sensus est; quod aliquid sub hac specie presentis vel de propinquo futurum est corpus meum. et hoc est simpliciter verum; quia quous hec distinctiva ratione huius partis aliquid presentis sub hac specie non sit vera nisi secundum usum loquendi; quo aliquid statim convertendum in rem illam dicitur res illa; ut aqua statim convertenda in aerem dicitur aer; et humor statim convertendus in carnem dicitur caro. tamen ratione alterius partis distinctiva ex vi locutionis vera est. orationi enim assistit virtus operans in fine propositionis rem significatam per eam. distinctiva autem est vera si altera pars est vera. et indistincta vel particularis similiter est vera; cuiusque supposito per subiectum conveniat predicatum. Sed hec dicta de demonstratione quantum ad intellectum individui vagi videntur bene salvare quod non sit falsitas si addatur quod simpliciter fiat demonstratio quo ad sensum et intellectum. nam si solam ad intellectum heret demonstratio; non esset necesse quod sacerdos haberet ante se materiam cum demonstratio ad intellectum abstrahat ab hoc et nunc. sed ex quo sensus est; contentum sub his speciebus est corpus meum; vel illud quod pertinet sub his speciebus est corpus meum; est duplex demonstratio. una ad sensum que refertur ad species; et hec est individui signata. alia autem ad intellectum; que est individui vagi; et potest esse vera sed pro diversis; quia si dicatur id quod est contentum sub his speciebus est corpus meum; est; quia corpus panis si dicatur corpus meum; verum est. quia quous dicitur meum; tunc est tibi corpus christi. Et potest ponitur tale exemplum; ponatur quod deus ex aere faciat ignem remanente quantitate et qualitate symbola; sicut aliquid dicitur fieri naturaliter et ponatur quod alteratio. qua fit hoc; incipiat me incipiente dicere; illud quod pertinet sub hac quantitate et qualitate est ignis; et compleat me plente hac oratione; tunc oratio erit vera. Sed contra hunc modum dicendi videtur rationabiliter posse argui; quia quous dico hoc. id est illud quod pertinet vel est contentum sub his speciebus; utriusque verbum est presentis temporis. unde sensus est illud quod pertinet nunc vel est contentum nunc; est illud. et hoc est falsum; quia aliud continetur in principio orationis et aliud in fine; nec unum est aliud. Et ideo quod sermo non est res sed res subiectus est sermo; et intentionis

dicentis, et quia proferens non intendit de contento pro nunc: sed de contento pro fine locutionis: ideo locutio est vera. Sed nec ista ratio valet: quia tunc est sensus: hoc. i. quod continentis est: et non id quod est contentum, et sic prius esset factum quam significatum: et sic verba non efficerent sed supponerent. **¶** An videtur aliter esse dicendum: quod sicut demonstratio ad intellectum est de individuo vago: sic etiam eo significet tempus vagum, ita quod proferens intendat prius significare quam verificare: et entitas rei sit media inter significationem et veritatem significantis: quasi diceret: hoc est corpus meum, i. volo quod hic sit corpus meum: dum id dicitur, et quia dicitur et vere dicitur: verificatur. Sed secundum hoc videtur quod non de virtute sermonis sed de bonitate intellectus verificetur. **¶** Dicendum est aliter: quod aliud est loqui de rebus factis in quibus locutio accipitur pro tempore quo incipit perferris: vel ante, aliud de fiendis in quibus etiam ex proprietate loquendi significatio refertur ad futurum, et aliud de sermone speculativo qui sequitur rem, et de factivo qui precedit, et falsus est sermo iste. **¶** An non est intentio quod pro illo nunc propositio sit vera: hoc pro ultimo, sic est sensus est: hoc est corpus meum, i. contentum sub his speciebus est corpus meum, et tunc pronomen supponit et demonstrat contentum abstrahendo ab omni differentia temporis, unde potest verificari pro instanti ultimo locutionis, sicut extra dicitur posset: hic est panis, i. contentum sub his speciebus est panis: et tunc verificaretur pro primo instanti: nomen enim et pronomen ut dictum est abstrahunt a tempore: cum non consignificent tempus. **¶** Nec obstat quod verbum substantivum est: consignificat tempus prius ut dicitur in primo peribermenas: quia prior est eius significatio qua copulat predicatum subiecto: quam significatio temporis que designat tempus illius copule, unde cum copulatio non compleat ante ultime dictionis prolationem: pro prius non designat illud tempus, unde sensus est: contentum sub his speciebus est corpus meum nunc primo cum hoc dictum est. **¶** Et si queratur an predicta propositio sit prius significativa quam perversiva: dico quod est prius significativa: quia ut sepe dictum est verba sacramentalia efficiunt quod significant, ut autem predicta propositio sit prius vera quam perversiva: videtur dicere beatus Thomas, quod prius sit vera quam perversiva: quia in conceptibus speculativis veritas conceptus presupponit entitatem rei sicut propria causa et mensura. In practicis vero conceptibus que sunt causa rei veritas conceptus non presupponit entitatem rei: sed precedit ipsam naturaliter quasi causa: quibus sunt simul tempore, et ad hunc modum se habent verba sacramentalia: quia sunt significativa et factiva eius quod significant, unde veritas et significatio huius locutionis precedit naturaliter entitatem rei quam significat: et non presupponit ipsam. **¶** Scotus vero in libro sententiarum, aliter sentire videtur, dicit enim quod predicta propositio nec ut vera nec ut falsa sed ut neutra et prior naturaliter sua veritate est conversiva. **¶** Cuius ratio est: quia omne fundamentum prius est naturaliter relatione sua accidentali, propositio autem seu conceptus est fundamentum respectu veritatis que est relatio accidentalis: quia potest inesse et non inesse sicut potest esse conformis et disformis rei. **¶** Sortem enim sedente vera est oratio que dicit Sortem sedere: ut dicitur in predicamentis, et prius est naturaliter conceptus orationis ut in se talis: quam ut verus, tenendum est quod pro certo inquit Scotus: quod in ultimo instanti prolationis primo firmo ordine nature

est conceptus propositionis ut neuter. **¶** Secundo ad illud sequitur operatio divina causans illud quod oratio significat. **¶** Tercio sequitur veritas huius conceptus, et sic non tamen oratio ut vocaliter prolata prior est veritate: sed ut habens sui conceptum proprium. **¶** Patet igitur ex dictis quod predicta conclusio cum opinione glossatoris non solum est falsa: sed scandalosa et contra eam opinionem sanctorum doctorum.

¶ Prima Conclusio Apologetica Joannis
Pici Mirandulani Concordie Comitis.

**Magis improprie dicitur de deo quod sit intelligens
vel intellectus: quam de angelo quod sit anima rationalis.**

¶ Determinatio magistralis.

¶ Scribit Aristoteles in libro topicorum: quod de quolibet proferente falsa sollicitum esse ridiculum est. **¶** Primum autem ens quod est deus cum secundum philosophiam et sacra scripturam propriissime sit intellectus et intelligens: angelus quoque magis distet et differat ab anima rationali: quam deus a proprio intellectu et intelligere: cum sint idem per identitatem realem: prius est quod predicta conclusio secundum se et omnes eius exponentes sit falsa et heretica. **¶** Sed multipliciter (non propter sapientes et doctos sed propter oves) demonstrandum est. **¶** Primum quidem sic: quia deus secundum philosophiam et theologos est ens vltimè perfectum cui nihil deest ad perfectionem pertinens, tale autem ens necesse est habere in se formaliter et identice omnem perfectionem simpliciter que secundum Anselmum in suo monologion in vnoquoque melius est esse ipsum quam non ipsum, i. melius et dignius est habens ipsam perfectionem simpliciter quam non habens. **¶** Intellectus autem et intelligere secundum se et suas rationes formales sunt perfectiones simpliciter: quia melius est et dignius esse intelligentem quam non intelligentem, et in primo ente quod est deus formaliter et identice est intellectus et intelligere: inueniendo intellectum substantiue pro virtute intellectiva et non adiective, et per prius deus non solum proprie sed propriissime est intellectus et intelligens. **¶** Ex quo patet quod cum voluntas sequatur virtutem intelligendi: quod in deo per eandem rationem sit voluntas et actus volendi et omnia que ad intellectus et voluntatis pertinent perfectionem. **¶** Secundo hoc idem probatur sic: quia deus secundum philosophiam et theologos vivit vita perfectissima: que est vita intellectiva vel intellectualitas: sic intelligendo quod intellectualitas sine vita intellectiva non habet rationem attributi quasi actus secundi advenientis nature divine: sed rationem perfectionis omnino intime: pertinet ad primum modum dicendi per se, ita quod si deus diffiniret: intellectualitas siue vita intellectualis poneret in eius diffinitione: et non esset extra eius diffinitionem: sicut sapientia vel bonitas, omne autem quod intellectualiter vivit habet virtutem intellectualiam per quam potest intelligere: cum intelligere sit vltima perfectio vite intellectualis, ergo deus propriissime est intellectus et intelligens, unde Augustinus, de trinitate, loquens de vita dei dicit sic: **¶** Que vita inquit dicitur in deo ipsa est essentia eius atque natura, nec antequam vita talis non est qualis inest arbori nec qualis

inest pecori quod habet sensum: sed nullum habet intellectum, at illa vita que deus est sentit atque intelligit omnia et sentit mente non corpore: quia spiritus est deus. Idem videtur de trinitate, c. vii. ait sic: **U**bi est prima et summa vita ibi non est aliud vivere et aliud esse: sed idem esse et vivere: et quale sit illud vivere: quia intellectuale subdit: **P**rimus ac summus intellectus cui non est aliud vivere aliud intelligere. **E**x quibus auctoribus patet quod in deo propriissime est intellectualitas intellectus et intelligere. **T**ercio hoc idem probatur sic: prime cause que deus est secundum philosophos et theologos appetit nobilissimus modus causandi: sicut ipsa est nobilissima causa, nobilissimus autem modus causandi est per intellectum et voluntatem. **Q**uod sic patet: quia nobilissimum est habere dominium sui actus quam agere ex necessitate nature, sed sola illa que agunt per intellectum et voluntatem habent dominium sui actus: cetera vero non habent sed agunt ex necessitate nature, agere ergo per intellectum et voluntatem est nobilissimus modus agendi qui potest competere deo: imo secundum theologos persone divine producunt per intellectum et voluntatem, et per spiritum in deo est propriissime intellectus et voluntas intelligere et velle. **C**onfirmatur ista ratio: quia omne agens prestituens sibi finem est agens per intellectum et cognitionem, deus autem est agens prestituens sibi finem: quia deus producendo res: aut agit a casu: quod est inconveniens: cum casus et fortuna sint cause per accidens, aut agit propter finem sibi prestitutum ab alio quod similiter est inconveniens: quia tunc non esset prima agens: quia quod dirigatur ab alio habet rationem instrumenti: sicut serra diriguntur a trabente: et sagitta a sagittante, prestituens autem finem dirigit illi qui agit propter finem, quare agens propter finem prestitutum ab alio non potest esse primum: cum sit aliquo modo agens instrumentale. **R**elinquitur ergo quod deus cum sit prima agens: agat prestituendo sibi finem, et per spiritum in deo est intellectus et intelligere voluntas et velle. **E**t si dicatur quod una persona producat aliam non a casu nec propter finem quem sibi prestituatur vel sibi prestituatur ab alio, et pari ratione idem potest dici de productione creaturarum a deo. **D**icendum est quod non est simile quod pro simili inducitur, tum quia actio et productio non dicitur hic et ibi univoce, tum quia ubi non est causa non debemus querere finem. **I**n divinis autem respectu divinarum productionum non est causa, tum quia persone producte non habent aliquid potius ad quod tanquam ad finem possent ordinari, propter quod productio earum non est propter aliquem finem quem sibi prestituatur persona producens: vel qui sibi prestituatur ab alio, sed productio creaturarum est eorum que habent aliquid melius se ad quod tanquam ad finem possunt ordinari, et ideo nisi producantur a casu: oportet quod producantur propter finem quem prestituatur sibi agens vel prestituatur sibi ab alio, et per spiritum in deo cum sit agens per intellectum et voluntatem est propriissime intellectus et intelligere voluntas et velle. **Q**uarta ratio ad hoc idem demonstranda est: quia quod est tale per essentiam est verissime et propriissime tale: ut patet per Aristotem in ij. metaphysice, unde ignis qui est causa quod alia sunt calida verissime et propriissime est calidus, primum autem ens quod est deus per essentiam est esse vivere et intelligere: est causa etiam quod alia sunt entia vivencia et intelligentia, ergo deus est verissime intelligens et intellectus. **C**onfirmatur iste ratio auctoribus sacre scripture, dicit enim Job, x. de deo: **S**apientis est

est et fortis robor. **I**tem Job, xij. **A**pud ipsum est fortitudo et sapientia confusio et intelligentia, et in ps. **M**irabilis facta est scientia tua ex me, et ad Ro. xi. **A**ltitudo divitiarum sapientie et scientie dei. **U**nde secundum Thomam libro primo contra gentiles: **H**uius fidei veritas intantum apud homines invaluat: ut ab intelligendo nomen dei imponeretur, nam theos quod secundum grecos desinit significat dicitur a theaste quod est considerare vel videre, Aristoteles quoque loquens in metaphysice de sapientia dicit: quod solus deus habet hanc vel maxime deus, xij. etiam metaphysice attribuit primo enti vitam intellectuales et intelligere, unde dicit quod deus non esset optima substantia nec quod honorabile: si intelligere esset aliud a sua substantia. **E**x quibus omnibus patet quod erroneum et hereticum est dicere quod deus magis improprie dicitur intelligens et intellectus: quam angelus anima rationalis: quia angelus et anima rationalis differunt plus quam genere secundum fidem et veram probationem anima enim rationalis non est species neque aliquid completum in specie: sed pars speciei humane: nisi vellemus incidere in errorem commentatoris de unitate intellectus in omnibus hominibus: et quod anima rationalis non esset forma corporis humane: nec constitueret hominem in esse specifico: sed esset forma per se subsistens de numero substantiarum separatarum existens. **S**ecundum quem errorem posset dici et procedi quod angelus est anima rationalis, et credo quod defensor predictae conclusionis innuit tacite predicto errorem dicendo quod minus improprie dicitur de angelo quod sit anima rationalis: quam de deo quod sit intelligens vel intellectus, tenendo tamen secundum veritatem quod angelus et anima rationalis differant plus quam genere: manifestum est quod in nullo vero sensu est concedendum quod angelus sit anima rationalis: et tamen in vero et verissimo sensu imo propriissime concedendum est: deum esse intellectum et intelligentem: ut demonstratum est. **¶** **P**redicta conclusio est erronea et heretica. **S**i dicatur quod predicta conclusio innuit modo loquendi **D**io. qui sepe dicit de deo quod non est intellectus neque intelligibile, et per spiritum verba predictae conclusionis sunt accipienda eo modo quo verba beati **D**io. **U**nde aduertendum secundum **D**io. quod sicut ratio dicitur notitia discursiva hominibus propria: que quidem ratio improprie dicitur esse in deo: ita similiter dicitur **D**ionysius, intelligere esse notitiam appropriatam angelo: causatam ab angelo et intellectu angelico et ipsum informantem et vitaliter imitantem, et tale intelligere non dicitur de deo proprie sed improprie. **R**espondeo et dico primo: quod verba **D**io. et sanctorum doctorum que de virtute sermonis falsum et improprium videntur habere sensum: non sunt extendenda sed exponenda et in sensu pro quo sunt accipienda et intelligenda. **S**ancti enim doctores propter loquendi ornatum quem in eorum scriptis et dictis servarunt: multa quidem improprie et enigmatische de rebus divinis scripserunt, et ideo non est rationabile: si dicta Augustini, et **D**io. quorum doctrina fulget ecclesia sunt exponenda et ad bonum sensum trabenda. **Q**uod dicta defensoris predictae conclusionis sicut dicta sanctorum doctorum sunt exponenda et recipienda: temerario presumpciose censere: quod de seipso tale quod sentiret vel appeteret. **S**ecundo dico quod nusquam in beato **D**io. legitur: quod deus non sit intellectus nec intelligibile, nec est probabile quod beatus **D**io. vel quicumque alius sane mentis doctor verbum intelligere restrinxerit et coartaverit ad significandum solam notitiam angelicam ab angelo et intellectu angelico causatam: ipsum angelum informantem et

vitaliter imutantem: ut defensor predictae conclusiōis imponit Dico, hoc enim sentire de bō Dico, est ridiculū et inopinabile: cū intelligere et sapere significat absolute perfectiōem nature intellectualis cōm deo et creature, sed bñ verū est q̄ Dico, c. i. de diuinis noibus dicit: q̄ deus oibus incōprehensibilis est: et neq̄ sensus est neq̄ fantasia neq̄ opinio neq̄ nomen neq̄ sermo: q̄d concordat cū sexta propositiōe de causis vbi dicit: q̄ causa prima superior est omni naratione. Item Dico, i. c. de mystica theologia scribit: q̄ duplex est theologia, s. mystica et symbolica: et s̄m vtranc̄ deus trāslatiue nominatur: quia s̄m mysticam a nominibus creaturaz spiritualiū, s̄m vō symbolicam a nominibus creaturarum corporaliū. Et quibus non habetur q̄ deus non sit proprie intellectus et intelligens et omne id quod est perfectius simpliciter: sed habetur q̄ deus non est ab intellectu creato comprehensibilis nec perfecte intelligibilis nec nominabilis, propter quod nomina dicta de deo s̄m Dico, verius negant de deo q̄ affirmantur. Quō qualiter debeat intelligi est notandū s̄m expositores beati Dico, q̄ p̄p̄iū diuidit̄ p̄tra cōmune et p̄tra metaphoricū et trāslatū nomen aut non conuenit rei nisi sicut signū signato, et ideo nomen aliq̄d conuenire deo proprie potest intelligi dupliciter. Vno modo q̄ significet diuinā essentiā s̄m propriam et perfectā eius naturam quasi diffinitive: sicut animal rōnale significat boiem, et hoc modo nullū nomen deo proprie conuenit. Cuius rō est: quia deū nō nominamus nisi s̄m q̄ eum intelligimus, sed pro statu vie nō intelligimus deū s̄m p̄p̄iā eius (vt ita dicā) specificā rōem, ergo nullū nomen deo a nobis impositū significat ip̄as eius propriā et oīno determinatā rōnem, ad hunc sensum loquitur bñs Dico, et actor de causis in predictis auctoritatibus. Alio mō potest dici nomen deo proprie conuenire: quia non conuenit ei metaphorice vel transsumptiue, vnde nomen proprie dicit̄ alicui conuenire: q̄n̄ in eo est res ad quā significandam nomen est proprie et directe impositū: sicut ridere est proprie et directe et primo impositū ad significandū determinatū actum oris: qui in solo homine inuenit̄, nomē aut dicitur metaphorice vel trāslatiue alicui conuenire: q̄n̄ nō est res in illo ad quā significandā est directe et primo impositum, sed soluz aliqua eius similitudo vel proportio sicut in prato non est actus ad quem significandū est ridere primo et directe impositū: sed est in eo tm̄ quedā similitudo vel proportio: quia floritio prati pretendit quasi quandā iocunditatem: sicut risus in boie signū est iocunditatis. Et quo patet q̄ nomen dicitur conuenire alicui rei metaphorice vel transsumptiue ex hoc q̄ res significata per nomē prius nota est nobis in alio q̄ in isto quia hoc non facit nisi ad ordinem cognitionis et impositionis nominis ad significandū. Ad propositum ergo nomina que dicuntur de deo possunt considerari q̄stum ad rem significatā vel q̄stum ad modum significandī. Si q̄stuz ad significatū: sic ad presens sunt quattuor genera nominum. Primum est eorum que solam imperfectionem important in suo formali significato: sicut esse creatū: esse finitū: esse corruptibile et s̄lla, et bec nullo mō pueniūt deo nec proprie nec metaphorice. Secundum genus nominū est: que significāt exclu-

sionem imperfectionū creaturaz: sicut infinitus excludit limitatiōem potentie imutabilis dependentiā nature: vel que important pfectōem in tali gradu qui nullo mō conuenit creature: sicut omnipotens et eternus, et bec noia soli deo conueniūt proprie et non metaphorice vel trāsumptiue. Quō p̄ dupliciter. Primo: quia q̄d conuenit alicui metaphorice vel transsumptiue puenit tali proprie a quo transsumitur, sed talia nomina nulli alij nisi deo conueniunt, ergo non pueniunt deo metaphorice vel trāsumptiue: sed proprie. Secūdo: quia illud nomen conuenit deo proprie q̄d est impositū ad significandū illud q̄d est in deo: sed talia noia directe et primo sunt imposita ad significandū id q̄d est in deo: siue sit remotio imperfectionis siue affirmatio pfectōis. Tercū genus nominū est eoz q̄ imponūt ad significandū pfectōez simplr absolute et nō s̄m aliquē determinatū modū qui est in deo tm̄ vel in creatura tm̄: sicut esse vel cognoscere intelligere vel sapere, et talia noia nō solū proprie sed p̄p̄issime deo conueniūt: quia res significate per talia noia formalit̄ inueniūt in deo: oportet eniz ponere in deo omne id q̄d dicit̄ pfectōem simplr et absolute: quā meli⁹ est habere q̄ nō habere, talia aut noia sunt h̄mōi: vt dictū est, simplicit̄ eniz melius est esse q̄ nō esse: et esse cognoscentē q̄ nō esse cognoscentē: et esse intelligentem q̄ nō esse intelligentē, quare talia noia p̄p̄issime deo pueniunt. Est preterea quartū genus nominū: eoz, s. que important aliquā pfectōem: tm̄ s̄m modū creaturis puenientē: vt sentire leo et agnus, et talia noia nō pueniūt deo proprie: s̄ transsumptiue: quia res significate p talia noia nō sunt proprie in deo: sed aliqua eoz similitudo, s. cognitio singulariū vt in sensu: fortitudo vt in leone: mansuetudo vt in oue, pp̄ que h̄mōi noia trāferūt a creaturis corporalibus in deū oēs enim trāferentes inquit Aristo, s̄m aliquā similitudinē trāferunt. Si vō noia que pueniūt deo proprie q̄stum ad rem significatā considerent̄ q̄stum ad modū significandī: nō ita proprie attribuitur deo. Cuius rō est: quia oē tale nomen cū defectu et imperfectione significat, nā noie res exprimimus eo mō quo in intellectu p̄cipimus, intellectus aut n̄ ex sensibilibus cognoscendi initiū sumēs illū modū nō transcendit qui rebus sensibilibus puenit: in quibus aliud est forma et h̄ns formā: propter forme et materie ppositiōem. Forma vō in his reb⁹ inuenit̄ quidē simplex sed imperfecta: vtpote nō subsistens, h̄ns vō formā inuenit̄ quidē subsistens sed nō simplex: imo p̄cretiōem h̄ns, vñ intellectus n̄ quicqd significat vt subsistens in concretōe significat: q̄d vō vt simplex nō vt q̄d est: sed vt quo est significat, et sic in oī noie a nobis dicto q̄stum ad modū significandī imperfectio inuenit̄: que deo non p̄petit: q̄stis res significata aliquo eminenti mō deo pueniat: vt patet in noie bonitatis et boni: sapientis et sapientie, nā bonitas significat vt non subsistens: bonum autem vt concretum, et q̄stum ad hoc nullū nomen deo conuenienter aptatur: sed solum q̄stum ad id ad quod significandū imponitur. Possunt igitur vt Dico, docet de diuinis nominibus: huiusmodi nomina et affirmari de deo et negari, affirmari quidem propter nominis rationem que verissime et p̄p̄issime conuenit deo, negari vō propter significandi modū imperfectū, modus tm̄ significandi imperfectus

et defectuosus non falsificat propositum: quia veritas propositionis non consistit in hoc quod res sit conformis ipsi modo significandi: sed ei quod de ipso dicitur vel significatur. pro quod predicta conclusio cum de rigore sermonis neget a deo virtutem intelligendi et intelligere que dicitur perfectio simpliciter: sequitur quod sit falsa et heretica.

**Decima Conclusio Apologetica Joannis
Bici Girandulani Concordie Comitum.
Anima nihil actu et distincte intelligit nisi seipsam.**

Determinatio magistralis.

Communis sententia omnium theologorum est: quod aliqua propositio cum modificatione est vera et catholica: quod simpliciter et sine modificatione adiuncta est falsa et heretica: ut patet in ista: spiritus est creatura: vel spiritus incepit esse: que libet enim istarum secundum magistrum in. iij. sen. reputatur heretica vel saltem heresim sapiens cum faueat hereticorum erroribus. modificata tamen per determinationem humanitatis christi specificantem est vera et catholica: ut si dicatur: spiritus secundum humanitatem est creatura vel incepit esse. Predicta autem conclusio quibus modificata et specificata per intelligere abditum vel quacumque aliam determinationem possit habere aliquem sensum verum: simpliciter tamen ut ponitur de virtute sermonis est falsa et heretica: cum neget ab anima cognitionem aliorum a se. et per se beatitudinem et felicitatem que promittitur nobis in vita futura Jo. xvij. Hec est vita eterna ut cognoscatur te deum verum et quem misisti ihesum christum. Quod autem predicta conclusio sit falsa patet sic: quia. iij. de anima scribitur: quod sic se habent fantasmata ad intellectum sicut sensibilia ad sensum. quod secundum commentatores et omnes expositores intelligendum est quo ad intellectus mortuorum: sicut. n. sensus mouetur a sensibili: sic intellectus a fantasmatibus: quia unumquodque mobile a suo proprio motore mouetur. fantasmata autem sunt similitudines et species rerum sensibilium et materialium: de quorum numero non est anima intellectiva. ergo anima actu et distincte intelligit aliud a se. Preterea anima intellectiva format propositiones de rebus alijs a se: cognoscit etiam diuinam et identitatem inter alia a se. hoc autem non potest contingere sine cognitione et intellectione aliorum a se. Hac via probatur per philosophum. ij. de anima necessitate sensus communis quod sensibilia et diuina sensibiliu exteriorum sensum cognoscit. ergo anima intelligit aliud a se. Item perfectio humane anime est scire et intelligere. vñ. i. metaphysicis. scribitur quod omnes homines natura scire desiderant: scientia enim et intelligentia non solum habentur de anima: sed de alijs rebus ab anima. vñ. vi. et vii. philosophus dicit: quod quicquid sunt quibus anima dicit verum. intellectus sapientia scientia ars et prudentia. constat autem quod predicti habitus sunt obiectiue de rebus alijs ab anima. ergo anima non solum se habet aliud a se actu et distincte intelligit. Preterea conclusio predicta si bene consideretur videtur fauere errori commentatoris de unitate intellectus in omnibus hominibus. nam in conclusione huic proxima et concatenata dicitur quod anima semper seipsam intelligit: et se intelligendo quodammodo omnia entia intelligit: quod non potest intelligi nisi de intellectu separato: qui secundum commentatorem seipsum substantialiter semper intelligit: ut ex dictis aristotelis in. iij. de anima probare nititur. et cuius talis quodammodo sit oia

entia: cum participet iuxta modum loquendi actoris de causis cum inferioribus et superioribus: sequitur quod anima hominis secundum commentatorem intelligendo se ipsam omnia entia quodammodo intelligat. Hoc autem de anima humana dici non potest: si concedatur secundum veritatem publice et sacre scripture quod sit forma corporis humani: et quod multipliciter ad multiplicationem hominum: quia anima secundum aristotelem nihil intelligit sine fantasmate: nec seipsam nec alia a se semper actu intelligit cum quandoque intelligat quandoque non intelligat: ut scribitur. iij. de anima: imo se habet ad formas intelligibiles sicut materia ad formas sensibiles. et per se predicta conclusio cum sibi annexa et occulte concatenata fanet et innititur errori Averrois de unitate intellectus in omnibus hominibus. Secundo predicta conclusio est heretica: quia constat secundum fidem quod Adam omnium rerum sciam habuit secundum quam animalibus omnibus nomina imposuit: ut patet Gen. ij. c. patres etiam ante legem et in lege deum et creaturas naturaliter cognouerunt: et multas reuelationes de diuinis mysterijs habuerunt: ut patet de Abraham Moyse ceterisque patriarchis et prophetis. Apostoli quoque mysteria ecclesie militantis et triumphantis perfectioni modo quam patriarche et prophete cognouerunt. de Paulo enim scribitur quod raptus ad tertium celum vidit archana dei: que non licet homini loqui. hoc enim de benedictissima christi anima credendum est cui non est datus spiritus ad mensuram sicut ceteris: sed plenitudinem gratie et scie super omnem intellectum creatum habuit. ergo hereticum est dicere quod anima nihil actu et distincte intelligit nisi seipsam. Preterea obseruantia preceptorum et consiliorum preerigit necessario cognitionem: alioquin non haberet laudem nec meritum. sed precepta et consilia dantur de rebus alijs ab anima. ergo idem quod prius. Tres fides pertinet ad cognitionem. sed fides est de rebus alijs ab anima creditis. ergo anima actu et distincte intelligit aliud a se. Nec est opus ad hanc partem plures adducere rationes et auctores: cum falsitas conclusionis ad experientiam pateat secundum omnem legem et sectam. Unde querendum est a defensore predictae conclusionis: si anima sua intelligit actu et distincte aliud a se vel non. si sic habetur propositum. si non: sequitur quod non intelligit neque cognoscit conclusiones magicas cabalisticas orpheicas platonicas phisicas et theologicas quas disputandas proposuit: quod est ridiculum. Si dicatur quod predicta conclusio est intelligenda non simpliciter et absolute: sed de intelligere abdito: cuius meminit Aug. in li. de trinitate. et Henricus in quodlibet Hec euasio non saluat predictam conclusionem. tum primo: quia talis sensus de rigore sermonis: ut osium est: non potest haberi de predicta conclusione. tum secundo: quia Aug. li. x. et. iij. de trinitate. non loquitur de intelligere abdito actuali: quasi anime semper assit actualis intelligentia et amor sui ipsius: sed loquitur de intelligere abdito habituali sui ipsius. quod patet per hoc quod subdit: quod non semper se cogitat anima discretam ab his que non sunt quod ipsa. Ex quo patet quod anima secundum Augustinum. xiiij. de trinitate. semper intelligit et amat se non actualiter sed habitualiter. Pro quo notandum: quod si per intelligere abditum intelligatur intelligere in habitu: sic est ponere in anima intelligere abditum a principio sue creationis secundum intentionem Augustini. Unde decimoquarto de trinitate. dicit: quod mens semper meminit sui: semper b. iij.

intelligit se; quia semper est sibi presens per se et sua essentia, et tale intelligere ideo dicitur abditum; quia occultum et absconditum ab actuali aspectu mentis. Si autem per intelligere abditum intelligatur aliqua noticia actualis qua anima semper se vel aliud a se actu intelligat, et per hoc dicatur abditum; quia homo nunquam se habere talem noticiam actualem experiri quemadmodum videtur sentire. Henricus quodlibet, ix, q. xv, dicitur sine preiudicio sanioris sententiae; quod ponere tale intelligere abditum est falsum et impossibile et contra mentem Augustini, x, et xliij, de trinitate. Quod autem hoc sit falsum et impossibile probatur sic; quia tale intelligere aut dicitur abditum; quia obiectum respectu cuius est talis cognitio lateat; aut quia latet intelligentem se intelligere illud obiectum; quia si obiectum patet et homo experitur se intelligere aliquo actu intelligendi; dicere tale intelligere esse abditum vel absconditum esset valde absurdum, sed nequaquam istorum modorum potest poni intelligere actualem abditum. Non primo modo, scilicet quod obiectum cognitum lateat; quia unumquodque in se latet in quantum non est cognitum; et in se patet in quantum est cognitum, ergo cognitum actualiter non latet actualiter sed patet actualiter, sed obiectum cuius cognitio actualis est in mente est cognitum actualiter, ergo impossibile est ponere actualem cognitionem alicuius obiecti esse in mente et illud obiectum latere et non patere. Nec secundo modo esse potest. Primo quidem; quia dicere quod semper actu aliquis cognoscat aliquod obiectum quod ipsum non latet et semper sibi actu patet; et quod nunquam advertat neque advertere possit se illud intelligere; videtur satis fictitium, sed homo non solum experiri se talem cognitionem non habere; nec etiam pro toto posse suo quantumcumque nitatur experiri talem cognitionem; nihil tale experiri potest, ergo. Preterea ista experientia qua homo experiri se habere talem cognitionem non potest impediri per cognitiones que acquiruntur per sensibilia; quia secundum Augustinum, cum illa cognitio abditam quam anima habet de seipsa semper asserit, et per se istae duae cognitiones stent simul; utraque etiam sit naturalis; quia utraque consequitur totam naturam speciei; dicere quod talia que sic naturaliter occurrunt et sese operantur semper se impediunt; ita quod nullo modo homo non possit non esse impeditus in una per aliam; videtur valde inconueniens, nec potest hoc poni ex tenuitate cognitionis vel defectu motus; quia cum motus sit lumen divinum illustrans mentem secundum Henricum; movens quantum est de se potentissimum est movere; dummodo mobile sit natum moveri perfecte, dictum est autem quod ex parte mobilis quod est intellectus non est impedimentum propter cognitionem per fantasmas; que sola videretur ex parte nostra prestare impedimentum, neque etiam propter impotentiam intellectus reflectentis se super suum actum; quia intellectus est potentia immaterialis reflexiva supra se, ergo nullo modo potest impediri; quin pateat talis actus intelligendi. Secundo probatur quod dicere tale intelligere abditum esse noticiam actualem sit contra mentem Augustini. Dicit enim Augustinus, xliij, de trinitate, c. xliij, ubi non inquirendo sed confirmando exemplum quod posuerat in capitulo precedenti; quod dicere quod perfectus musicus dum actu non considerat musicalia; sed geometricalia; non intelligat nec amet musicam; est absurda sententia. Et ex hoc concludit

esse in nobis aliquid intelligere abditum de rebus; dum eas non cogitamus, et stat autem quod nullus ponit; quod bonus perfecte habitum musice actu intelligat musicam; dum actu de ea non cogitat; sed de alio; sed tamen intelligit eam in habitu; nam nullus potest ponere noticiam actualem secundum habitum acquisitum; nisi secundum eum actu cogitet, ergo ponere talem noticiam actualem in nobis; sicut Henricus ponit; est contra mentem Augustini, sed verum est quod in xij, c. arguit Augustinus, quod cum id quod est ante actualem cogitationem pertineat tamen ad memoriam; videtur quod in mente non cogitate actu non sunt ista tria scilicet memoria intelligentia et voluntas. Respondet quod non sequitur quin in mente non cogitante sint illa tria, ostendens; quod musicus actu non considerans musicalia intelligit tamen ea et amat, sed difficile videtur quod cum non cogitans nihil habeat nisi quod pertinet ad memoriam; quomodo preter memoriam habet ultra intelligentiam? Et ad hoc potest dici secundum intentionem Augustini, ibidem; quod ista intelligentia; vocando intelligentiam actualem noticiam; non sit memoria; pertinet tamen aliquo modo ad memoriam; quia quomodo in habite tamen memoriam non sit actualis intelligentia in actu; est tamen in eo in habitu sine in potentia propinqua. Et si dicatur quod intelligere in habitu presupponit habitum modo constat secundum Augustinum, quod anima ante tale intelligere abditum non habet aliquem habitum; cum habitus acquiratur per immutationem factam a sensibilibus, ergo per intelligere abditum debet intelligi noticiam actualem et non habituales. Respondet quod in argumento est deceptio per equivocacionem habitus. Nam quomodo dicitur habitus aliquid additum et acquisitum ipsi potentie ad elicendum actum suum prompte, et talis habitus non est in anima antequam acquirat scientiam a sensibilibus; nec secundum talem habitum dicitur anima a principio sue creationis se habitualiter cognoscere; nisi vellemus incidere in errorem platonis; qui posuit animam ante unionem ad corpus scientiam et virtute perfectam. Alio modo dicitur habitus quocumque aptitudo ad erundum prompte in actu; etiam si hoc fiat per solam potentiam nullo addito; sicut si diceretur de domo quod non videtur actu sed habitu. Et isto modo dicitur anima habitualiter se a principio intelligere secundum Augustinum, in quantum, scilicet in anima est promptitudo intelligendi se esse; quia sicut in ipsa est naturaliter aptitudo ad intelligendum prompte prima principia; ita et ad intelligendum seipsam esse, hoc enim experiri anima intelligendo quocumque aliud a se. Et sic patet quod predicta conclusio non solum de virtute sermonis est falsa et heretica sed per intelligere abditum modificata est impossibilis; et contra mentem beati Augustini; ut probatum est.

**Undecima Conclusio Apologetica Joannis
Patri Stradulani Concordie Comitis.**

Nulla est scientia que nos magis certificet de divinitate christi quam magia et cabala.

Determinatio magistralis.

Redicta conclusio de rigore sermonis est simpliciter falsa et heretica ad superstitionem gentiliam et perfidiam damnabilem; indeorum pertinens. Quod b. liij.

ut manifestus fiat declarabitur primū de magia quid sit et de partibus eius et speciebus. Secundo ostendetur per rationes et auctores quod magia in omni lege et secta rationabiliter sit prohibenda. Tertio recitabitur quorundam magorum opinio quos de fenio conclusio in apologetico imitatur: quod preter magiam demoniacam et prohibitam sit quedam alia magia naturalis licita et non prohibita. Quarto probabitur per octo conclusiones quod magia naturalis sit illicita et prohibita. Quinto recitabitur aliorum magorum opinio: quod cognitio et diuinitio occultorum artis magice fieri potest naturaliter per inspectionem corporum luminosorum vel alias causas naturales. Sexto ostenditur quod predicta opinio magorum sit contra veritatem fidei catholice et preter naturalis. Septimo recitabitur alia opinio magorum: quod vis diuinandi et predicandi occulta est ex astralitate et armonia celesti: et non ex pacto demonum. Octauo predicta opinio improbabitur et demonstrabitur ex principijs fidei et preter naturalis quod corpora celestia non possunt prestare hominibus vim diuinandi et predicandi futura: ut magi fingunt. Nonno adiungetur opinio magorum imaginum: quod miraculosa operum que in arte magica fiunt per imagines figuras sigilla et characteres non ex demonum pacto sed per virtutem naturalem predictarum imaginum et sigillorum fiunt. Decimo predicta opinio ostenditur esse contra fidem et preter naturalis. Undecimo assignabitur causa et ratio miraculorum operationum que prouenire creduntur a predictis imaginibus et sigillis. Duodecimo recitabitur opinio magorum de vocibus et incantationibus quibus virtutem et efficaciam naturalem attribuunt in opere magico. Tertiodecimo predicta opinio improbabitur et ostenditur esse contra preter naturalis et fidei catholicam. Decimoquarto probabitur quod cabala est ars illicita et prohibita sicut et magia. Finaliter demonstrabitur quod predicta conclusio de virtute sermonis est falsa et heretica ad superstitiones gentiliū et perfidiam danabilem iudeorum pertinens.

De magia quid sit et de partibus et speciebus eius.

Magia secundum cōter loquentes est ars cognoscendi et diuinandi occulta faciēdiq; magna et mirifica in natura. Ab hac magia secundum Iſidorū dicti sunt magi: qui vulgo malefici ob facinororum magnitudinē nuncupantur. hi et elementa percipiunt: turbant mentes hominum: ac sine villo veneni haustu violētia carnis interimunt. vñ Lucanus: Mens hausti nulla sanie polluta veneni: incantata perijt. Magorum primū auctores Zoroastres rex bactrianorum et Zoroastes secundum Apuleyū in apologia de magia fuere: quos magicarum artium vanitates ex traditione demonum credit habuisse: et posteris tradidisse. Nam per scias quandam futurorum et infernorum et innotationes demonum inuenta sunt auspicia augurationes: et ipsa que dicuntur oracula ceterarumque magicarum partes secundum Aug. in de natura demonum. quibus qui predicti sunt: coione quadam loquendi cum dijs immortalibus ad omnia que velint incredibilia quadam vi cantaminum pollent: ut Apuleyus ibidem refert. Et de quadam famosissima maga scribit poeta: Hec inquit se carminibus promittit soluere mentes: quas vellet alij duras im-

mittere curas: sistere aquam fluuijs et vertere sidera retro: nocturnosq; ciet manes: mugire videbis sub pedibus terram et descendere montibus omnes. Hanc artem secundum Pliniū multis post Zoroastrem seculis Democritus ampliat: quiquidem et Ypocrates medicine disciplina efflo:uit. vñ. xxx. naturalis historie libro: vtriusque artes efflo:uisse medicinam. s. magicamque eadem etate scribit. illam Ypocrate: hanc Democrito illustratibus circa peloponnesiacū bellū quod gestū est a. CCC. vrbis anno. Ad hanc artem Pythagoras Empedocles Democritus Plato descendam nauigauere: ex illis verius inquit Plinius quod peregrinationibus susceptis: hanc reuerſi predicauerunt: hanc in archanis habuere arbitantes claritate gloriarumque ex ea scia consequi posse. vñ Apuleyus scribit Platonem dixisse et scripsisse magiam artem esse dijs immortalibus acceptam: colendi eos ac venerandi pergnarā: p̄ia. s. et diuina scientē: a Zoroastre et Zoro mase auctoribus suis nobilem celitūque antistitem. quippe inter prima regalia docetur: nec vlli temere inter perſas concessum est magi esse haud magis quam regnare. propter quod apud perſas idem erat magus: quod apud latinos rex et sacerdos. Hoc idem sentire videtur Laertius Diogenes in libro de moribus et institutis philosophorum. Huius autem magicę secundum Pliniū plures sunt species: prima namque ea que a spheris. secunda ex aere. tertia ex stellis. quarta ex lucernis ac peluis bus securibusque: et multis alijs modis diuina promittit: vmbraque preterea inferiorum colloquia. Iſidorus vñ. viij. et bimo. species magicę numerat prestigij. necromantiam. geomantiam. hydromantiam. aeromantiam. pyromantiam. arioliam. auspiciam. auguriam. phitoniam. genediaciam. aruspiciam. horostopiam. sortilegiam. et salifatoriam. Harum specierum ratio et appellatio secundum Tho. ij. h. hec est: quia in omni opere magico vtilis magus demonum consilio vel auxilio: quod quidem vel expresse imploretur vel preter hominis intentionem occulte se demon ingerit ad reuelandum quedam hominibus occulta: eis autem cognita et manifesta. Demones autem expresse inuocati solent reuelare hominibus occulta multipliciter. Quibus quidem prestigiosis quibusdam apparitionibus se aspectui et auditui hominum ingerentes ad prenunciandum futura vel reuelandum occulta. et hec pars magicę vocatur prestigij ex eo quod oculi hominum prestringunt. quā artē Mercurius primū dicit inuenisse secundum Aug. de ciuitate dei: ut recitat. xxvi. q. v. nec mirum de magorum prestigijs. Quibus vñ occultorum reuelatio sit per mortuorum aliquorum apparitionem et locutionem. et hec species magicę vocatur necromantia: quia ut dicit Iſidorus: necron grece mortuus: mantia diuinitio nuncupatur: quia quibusdam precantationibus adhibito sanguine videntur resuscitati mortui diuinare et ad interrogata respondere. Et quia demones amare sanguinē dicuntur: ideo quotiens necromantia fit: cruor aque miscet: ut colore sanguinis facilius prouocentur. Quibus vñ occulta reuelantur per homines viuos: sicut in arrepticis ps. et hec species vocatur phitonica: secundum quam dicuntur phitones: velut Iſidorus dicit: phitones dicti sunt a phitone appolline qui actor primus dictus est homini artis. Quibus vñ reuelantur occulta per aliquas figuras vel signa: que in rebus inaniatis apparēt: que si apparēt in aliquo corpore terrestri: puta in igne vel ferro vel lapide polito vocatur geomantia. si autem

In aqua hydromantia, si aut in aere aeromantia, si aut in igne pyromantia, si aut in visceribus animalium imolatoꝝ in aris demonũ: vocatur ariolia vel aruspicia. Unde Varro diuinationũ quattuor genera esse dicit, terrã, aquam, aerem, et ignem; ut h̄etur, xxvi, q. iiii, l. i. Reuelatio aut occultoꝝ que fit absq; expressa demonũ inuocatione sed tacita; in duo genera diuiditur. Quorum primũ est cum aliquid siderat in dispositiõibus aliaꝝ rez; et siquidem conet aliq; occulta cognoscere ex consideratione situs et motus siderũ; hoc pertinet ad astrologos; qui et genethliaci dicunt pp nataliũ consideratiões dieꝝ, geneses enĩ boimĩ per duodecim celi signa describũt; siderũq; cursu nascentiũ mores actũ et euentus predicere conantur; id est quis quali signo fuerit natus; aut quem effectũ habeat vite q nascit. Hi sũt Isidorũ sunt qui vulgo mathematici vocant; cuius superstitiõis genus cõstellatiões latini vocãt; id est notatiões siderũ quõ se habeat cũ quisq; nascit. Si vò aliquis conet occulta cognoscere p motus aut voces aũsũ seu quorũcunq; animalium; siue per sternutiões boim vel membrõꝝ saltus; hoc pertinet generalit̄ ad auguriũ; qd̄ dicit̄ a garrũtũ aũsũ; sicut auspiciũ ab inspectione aũsũ, quõꝝ primũ pertinet ad aures; secundũ ad oculos. Isidorus tñ dicit; qd̄ diuiniatio que fit ex saltu membrõꝝ boim vel cuiuscunq; alterius animalis salizatozia dicit̄, vnde salizatores vocati sunt; qui dũ eis membrõꝝ quecuq; partes salierint; aliquid sibi exinde prosperũ seu triste significare predicũt. Si vò quis conet occulta cognoscere ex consideratione humanõꝝ verboꝝ absq; intentione dictõꝝ; que quis retorquet ad futurũ quod vult precognoscere; vocat̄ hec species magie omen, de quo Valerius maximus refert; qd̄ romanis deliberantibus vtrũ ad aliũ locũ migrarent; forte eo tpe Centurio quidã exclamauit; signifer statue signũ hic optime manebimus. Quã vocẽ auditã pro omĩne acceperũt; transeundi consiliũ obmittentes. Ad hanc spẽm magie reducũt horospiciũ; que attendit̄ penes sideratiões horõꝝ. Si aut considerent aliq; dispositiones figurã in aliquibus corporibus visũt occurrentes; erit alia species magie, nã ex lineamentis manus cõsideratis diuiniatio sumpta chiromantia vocat̄; quasi manus diuiniatio, sed diuiniatio ex quibusdã signis in spatula alicuius animalis apparentibus spatulamantia vocat̄, et sic de ceteris phisonomie partibus animalium. Secundũ vò genus tãte inuocationis demonũ est; cũ quis conat̄ aliquid occultũ vel futurũ precognoscere ex consideratione eõꝝ que ab hoibus serio fiunt; siue per protractiões punctõꝝ siue p sideratiõem figurã; que pueniũt ex plumbo liquefacto in aquã proiecto; siue ex quibusdã cedulis scriptis in occulto repositis dũ considerat̄ quã accipiat; vel etiã ex festuciis in equalibus prepositis quis maiorẽ vel minorẽ accipiat; vel etiã ex taxilloꝝ prolectiõem quis plura pũcta proiciat; vel etiã dũ siderat quidã aperienti librũ occurrat; que oia cũ sortis rõem habeãt ad sortilegiũ pertinent. Quã sortilegiũ sũt Isidorũ sunt; qui sub noie fice religionis per quãsdã quas sanctõꝝ sortes vocant diuiniatiõis sciam profitentur aut quorũcunq; scripturã inspectione futura promittunt. Ad hanc magiam pertinet sũt Augũs, ligature execrabiliũ remedioꝝ; que ars medicoꝝ condem

nat; siue in precantationibus; siue in characteribus vel in quibuscunq; rebus suspendẽdis atq; ligandis, in quibus oibus ars demonũ est ex quadã pestifera societate boim et angelõꝝ maloꝝ exorta, vñ cũcta vitãda sunt a xpiano et oĩ penitẽt execratiõem repudiãda atq; dãnanda; ut h̄etur, xxvi, q. v, nec mix. Notandũ tñ; qd̄ cũ dicit̄ qd̄ magũ in oĩ ope magico vti expresse vel tacite auxilio demonũ ad aliqua occulta cognoscenda; intelligendũ est hoc non solũ de cognitione speculatiua; sed etiã pratica, magus enim per artem magicã nõ solũ pot̄ futura predicere et occulta reuelare; sed magna et mirabilia auxilio demonũ in natura facere; ut p̄ de Circe et magis Pharaonis; et expmẽtatoꝝibus magie naturalis, propterea dicebat̄ in descriptiõem magie; qd̄ erat ars cognoscendi occulta faciendiq; magna et mirifica in natura. Patet igitur quid sit magia et que sint species eius.

Quo magia in omni lege et secta rationabiliter est prohibita.

Et quattuor aut proprietatibus que magice arti conueniũt efficacit̄ ostenditur; qd̄ in omni lege et secta rõnabiliter sit prohibenda, est enim ars superstitiosa sacrilega fraudulentissima vana et falsa. Quõ sit superstitiosa probat̄ sic; quia ad superstitiõem pertinet nõ solũ cũ sacrificiũ demonibus offert per idolatriã; sed cũ aliquis assumit auxiliũ demonũ ad aliquid faciendũ vel cognoscendũ; qd̄ ppriã vires excedit, ois aut opatio magica ex opatione demonũ prouenit, vel quia expresse demones inuocant; ad futura que humanã virtutẽ supant manifestanda et mirabilia pagẽda, vel quia demones ingerunt se vanis inquisitiõibus futuroꝝ; vñ hoim mentes implicent vanitate. Vana aut inquisitio futuroꝝ est; qñ aliquis futurũ prenoscere temptat vnde prenosci nõ pot̄, vnde Origenes in periarcho scribit; qd̄ quedã est opatio demonũ in ministerio presciẽtie; que artibus quibusdã magicis ab his qui se demonibus mancipauerũt; nũc per sortes; nũc per auguria; nũc p contemplatiões umbrãꝝ pprehendẽdi videt̄; que oia operatiõem demonũ fieri nõ dubito, quicquid aut procedit ex societate demonũ et hoim est superstitiosum; ut Augũs, dicit, ij, de doctrina xpiana, ars ergo magica est superstitiosa. Secũdo ars magica est sacrilega et impia; qui enim futura prenũciare aut prenoscere quocunq; modo presumpserit; nisi deo reuelante; usurpat sibi quod deo ppriũ est, et loquimur in proposito de cognitiõem futuroꝝ que supant naturalem hoim cognitiõem, et ex hoc sacrilegus et impius censet tanq; irreuerenter se habens ad deum qui sanctus sanctõꝝ dicitur, vnde sacrilegũ sũt Isidorũ dicit̄; ab eo qd̄ sacra legit; id est furat̄, magus aut per artem magicã conat̄ predicere futura soli deo cognita; a quõꝝ prenunciatiõem diuini dicti sunt; quasi deo pleni, diuinitate enim se plenos magi simulãt; et astutia quadã fraudulentie hoibus futura plectãt sũt Isidorũ. Confirmat̄ ista rõ; quia quilibz magus firmiter credit per opus magicũ realiter assequi qd̄ intendit; puta alicuius amorem; vel furti reuelatiõem

vel futuri euentus precognoscere, certū est autē q̄ qui talia credit sequi posse
per artem magicam: oportet q̄ credat in illo actu aliquid existere diuini nu-
minis, que aut a deo solo expectare debemus: aut que soli deo cōueniunt: vt
imutare volūtatem: aut p̄tingentia futura ad vtrūlibet certitudinaliter p̄dici-
cere. et tunc talis fidem abnegat quā p̄ime veritati debet. et per p̄is infidelis
apostata et sacrilegus est habendus. Tercio ars magica est fraudulentissima
quia magus nō intendit nisi questum et inanem gloriā. ideo q̄stum in ipso est
conatur lesionem organoz et deceptiōem potentiaz apprehensiuaz causare:
passiones q̄s uehemētes in appetitu sensitino p̄citare. quo stante qcquid inte-
rius accidit per modū fantasmatis: iudicat ad extra obiectiue existere tanq̄
p̄is. et tales in rei veritate decipiunt et illudunt: q̄d maxime pertinet ad ma-
giā prestigiosam. vnde Plinius. l.ij. nālis historie libro: de magia loquēdū dicit
Magicas vanitates sepius q̄dem antecedentis opis p̄te coarguimus: tñ res
digna est de qua plura dicant: vel eo ipso quo fraudulentissima artū plurimū
toto terraz orbe: plurimiq̄ seculis valuit. ecce q̄ magiā affirmat artem frau-
dulentissimā et vanā. Quarto ars magica est falsa: versat enim p̄ncipaliter
circa naturalū rerū conuersiōem et mutatiōem: circa futuroz diuinatiōem et
occultoꝝ reuelatiōem: q̄bus oībus non subijciū veritas: sed oīmoda deceptio
et falsitas: vt patz inducendo per singula. Legit enim de magis Pharaonis
q̄ virgas in veros serpentes nō p̄uenterūt s̄m intentiōem Aug. de ciui. dei.
nec famosissima maga Circes socios vlyris in veras bestias p̄uertit. nec phi-
tonissa Saulis Samuelem prop̄ham ad colloquium Saulis impijssimū regis
suscitant. sed oīa hec s̄m apparentiā tm̄ et nō s̄m rei veritatem facta esse dicit̄
tur: vt scribit. xxvi. q. v. nec miz. Legit p̄terea de quibusdā mulieribus que
demonū illusiōibus et fantasmatis seducte credūt et p̄itent se ire cū Diana
paganoz dea: vel cū Herodiade: vel cū innumera mulierū multitudīne equi-
tare: et multaz terraz spacia intempeste noctis silentio p̄transire: eiusq̄ iussu-
onibus obedire. et certis noctibus ad eius seruitium euocare: que oīa ad pre-
stigiū et illusiōem pertinent: vt h̄etur. xxvi. q. v. c. epi. Futuroz etiā diuinatiō-
nibus nō subest veritas: quia talis cognitio superat facultatē cuiuscunq̄ intel-
lectus creati: q̄d intelligendū est de futuris p̄tingētibus ad vtrūlibet indeter-
minatis. talia enim vt futura sunt nō possunt cognosci certitudinaliter: nisi ab
illo intellectu qui futura vt p̄sntia intuetur: qualis est solus intellectus diuin⁹
vel ille cui reuelare voluerit. et per p̄is qui talia aliūde nitit̄ cognoscere q̄s a
deo decipiūt et fallit. Reuelationi quoq̄ occultoz in quibus veritas est deter-
minata: quia vel sunt p̄sntia vel p̄terita: vt p̄s in furtis et his similibus: admisce-
tur vt in pluribus falsitas et mendaciū: quia q̄uis a demō mendax est et pater mē-
daci: falsa vt in pluribus maleficis reuelat: vt p̄s per eos qui ad tales magos
recurrūt. Hoc sentire videt̄ Plinius vbi supra: q̄ enumeratis sp̄ibus magie
concludit. Que oīa etate n̄ra p̄nceps P̄ero vana falsaq̄ comperit. Notan-
dū q̄ p̄dicte rōnes nō solū p̄cludunt contra magiā diuinatoriā et occultoz

cognitiuā: sed mirabiliū opoz factiū: vt p̄s cuilibet p̄sideranti rōnes p̄dictas
Et q̄bus sequūtur due cōclusiōes. Prima: q̄ p̄p̄ia et vera rō artis et scientie
nō p̄uenit magic: cuius rō multiplex est. Prima quidem: quia ars et scia sunt
habitus veridici: vt p̄s. vi. et hi. in illo. c. sunt quinq̄ quibus aia dicit verū. p̄o
barū est autē efficaciter magiā nō esse de veris s̄ de falsis. magia ergo nec rō-
nem artis nec scie habere p̄t. Secūda rō: oīs ars bz certas et determinatas
regulas quibus artifex certitudinalit̄ et infallibiliter operat: als nō esset recta
rō factibiliū: vt h̄etur. vi. et hi. sed exp̄imentatores artis magice vt in plurib⁹
deficiūt et decipiūt in opatiōibus suis: quia demones aduocati a magis per
signa inter eos inita nō semp adueniūt: nec r̄sa nec colloquia cū eis h̄nt nec
p̄missa ab eis faciūt: vt plures exp̄imentatores fatent. Cuius rō hec est: ga-
nec demones nec eoz opatiōes subiacent alicui virtuti corporali: vel quibus-
cunq̄ industrijs hūanitus adinuetis: vt Porphirius et ceteri maledici fingit
sed soli deo vel illis q̄bus propter merita et vite excellentiā dedit potestatem
demones coercendi: vt ex doctrina euangelica h̄etur. Et ex hoc p̄s erroꝝ cre-
dentiū demones p̄ herbas et quedā alia corpalia in celi p̄uersione obseruata
posse cogi: et ad certa et determinata loca diffiniri et determinari. q̄d si contin-
gat referendū est ad pacta inter magum et demonem volūtariē inita: et nō ad
vim coactiū que naturalit̄ sit in verbis vel in herbis vel lapidibus vel qui-
buscunq̄ alijs rebus corporalibus. vñ b̄tis Tho. in questionibus de potentia
dei. q. vi. ar. x. tenz: q̄ demones p̄ quos magice artes p̄plementū h̄nt cogunt̄
et alliciunt. coguntur quidem a superiorib⁹: quicq̄ quidem ab ipso deo: quicq̄ vō a
scis et angelis et hoibus virtute dei. nam ad ordinem p̄tatum p̄tinere dicitur
demones arcere. sancti autē hoies sicut dono virtutū participant inq̄stum mi-
racula faciunt: ita dono p̄tatum inq̄stum eiciūt demonia cogunt̄ etiā interdū
ab ipsis superioribus demonibus: que quidem sola coactio p̄ magicas artes
fieri p̄t. Alliciunt vō demones rebus corporalibus per magicas artes: non
quidem propter seipsas: sed propter aliquid aliud. Primo quidem: quia per
h̄mōi res corporales sciunt facilius posse consequi effectū ad quem inuocan-
tur: et hoc ipi appetūt: vt. l. eoz virtus admirabilis habeat. et propter hoc sub
certa constellatione aduocati adueniunt. Secundo inq̄stum h̄mōi corporalia
sunt signa aliquoz sp̄ualiu quibus delectant. vñ Aug. dicit. xxi. de ciui. dei: q̄
alliciunt demones his rebus non tanq̄ aīal cibis: sed quasi sp̄is signis: quia
enim hoies in signū subiectionis sacrificiū deo offerunt et p̄stratiōes faciunt:
gaudent h̄mōi reuerentie signa sibi exhiberi. Alliciunt autē diuersi demones
diuersis signis: s̄m q̄ diuersa signa ipsoꝝ appetitū et voluntati magi p̄ueniūt
Tercio alliciunt demones corporalibus rebus: inq̄stum hoies per eas in pec-
catū adducūtur. et inde est q̄ alliciunt mendacijs et his que hoiem in erroꝝ
vel peccatū inducere p̄nt. Et quo p̄s q̄ nulla res corporalis q̄stumcūq̄ nobilis
et perfecta p̄t virtute proprie nature demonē cogere vel fugare alligare vel
determinare ad aliquē determinatū locum vel opatiōem magicā: vt plures
magoz falso opinant. Secūda cōclusio que sequit̄ ex dictis: q̄ Apuleius et

ceteri p̄fessores artis magice asserentes magiā esse d̄is immortalibus acceptā colendi ac venerandi pergnarā: fallunt ⁊ decipiunt. constat enī ex supradictis magiā esse artē sup̄stitiosā ⁊ fraudulentissimā. ⁊ p̄ p̄ns non esse d̄is immortalibus acceptā: sed odiosā ⁊ detestandā. intelligēdo p̄ d̄cos imortales subas separatas pias ⁊ iustas. constat secūdo magiā esse artē sacrilegam: ⁊ p̄ p̄ns impiā ⁊ irreligiosā. constat tercio magiā esse artē fallā ⁊ vanā: ⁊ per p̄ns rez d̄uinaz ignarā. constat quarto apud gentiles non fuisse cultū vnius veri dei: nec per p̄ns verū sacerdotiū nec veram religionem: sed cultū demonū et idolatriā. ⁊ per p̄ns ars magica non est ars nobilis nec celitū antistes: vt Zoaroastres ⁊ Zomazes: quos imitat defensor predicte conclusiōis: falso crediderunt. Ex quibus oibus p̄s q̄ magiā in omni lege ⁊ secta rōnabiliter sit prohibenda: ⁊ ab omni politia merito repellenda: cuius rō p̄s ex dictis. Et hinc est q̄ studiū ⁊ vsus magicaz artū prohibetur in sacra scriptura multiplici pena: mortis etiā corporis ⁊ aīe. vnde Leuitici. xxx. scribit: q̄ aīa que declinauerit ad magos ⁊ ariolos ⁊ fornicata fuerit in eis: ponam faciem meā contra eam: ⁊ interficiā eam de medio populi mei. Item ibides. xx. c. Vir siue mulier in quibus p̄bitonicus vel diuinus sp̄s fuerit moriatur: lapidibus obruet eos sanguis eoz sit super eos. vnde p̄pter hoc peccatū Sotias infu mus mortuus est. iij. Reg. i. ⁊ Saul. i. Paral. i. c. Secūdo prohibetur studiū ⁊ vsus magicaz artū fm canones. e. si diuinatoz ⁊ maleficoz peccatū occultum sit imponit penitentia quadraginta diez. si notoriū: eucharistia negat: de conse. di. ij. pro dilectiōe. si sit clericus: deponendus est ⁊ in monasterio detrudendus si laicus: excoicandus. xxvi. q. v. non oportet. tales etiam infames sunt: ⁊ qui ad eos concurrunt. vnde nec ad accusationem debent admitti. ij. q. viij. quisquis. Tercio prohibet fm leges ciuiles: nam tales debent plecti pena caput ⁊ si accedant domū alterius debent cremari: ⁊ bona eoz oia debēt publicari C. de malefic. l. nemo. l. culpa. ⁊. l. nulla. contra oēs diuinatores ⁊ maleficos iura ciuilia seuissima sunt. vnde li. ix. C. rubrica. de malefic ⁊ mathematicis ⁊ ceteris sillibus: vt dicit Azon in summa: diuinātes circa somnia vel in garrita autū ⁊ in similibus: talibus nō permittit ad limen alterius accedere: alioquin concremant. nec aliquis debet eos suscipere vel p̄sulere: alioquin deportat in insulā: ⁊ oia bona publicant. qui aut arte magica vite innocentū insidiantur: aīos muliez ad libidinem flectunt: bi bestijs obūciunt: vt. l. militi. imo etiā fm lura. sfoz. libri magici dicunt improbate lectiōis: qui statim sunt corrupēdi. Item nemini p̄mittit diuinare: alioquin supplicio capitis feret gladio vltore prostratus: vt in supradictis legibus p̄s. Item Aug. dicit in de ciui. dei. ⁊ hētur. xxvi. q. viij. nō obseruabitis. vbi enumeratis multis superstitiōibus sic concludit: qui has ⁊ quascunq̄ diuinatiōes aut fata aut auguria obseruat aut attendit aut consentit obseruantibus aut talibus credit aut ad domū eoz vadit aut in suā domū introducit aut interrogat: sciat se fidem xp̄ianam ⁊ baptimū preuaricasse ⁊ paganum ⁊ apostatam ⁊ dei inimicum: iram dei grauer in eternū incurrere: nisi ecclastica penitētia emendatus deo recōciet. P̄s igit

q̄ ars magica lege diuina: lege canonica: ⁊ lege ciuili: ⁊ per consequens lege naturali sit prohibita.

Opinio magoz q̄ preter magiam illicitam ⁊ prohibita est quedā alia magia nālis licita ⁊ nō pbibita.

Preter magiam superius descriptam: quā illicitā ⁊ prohibita esse demonstrauimus: opinantur aliqui esse quandā magiā naturalem licitā ⁊ non prohibita: que fm Suillum Parisiē. in li. de fide et legibus inter ptes toti⁹ scie naturalis vndecimū obtinet locū. Per hāc magiā cognoscunt rōes seminales: quas a principio deus p̄didit rebus creatis: cognoscunt silitate actiuitates agentū naturalū ⁊ applicatiōes p̄p̄tēscz adinulcē ⁊ ad sua passa naturalia: qd p̄nt virtute p̄p̄a ⁊ qd nō. Ad hanc magiā p̄tinet subita generatio ranaz ⁊ pediculoz vermū ⁊ alioz aīalium quorundā: in qbus oibus sola natura opatur adhibitis tñ per magū adiutorijs: que ipsa semina nature confortant ⁊ acuit: adeo vt opus generatiōis intm accelerat: vt ab ipis qui hec nesciūt non opus nature videat: que tardius talia consuevit efficere sed potius virtutis nature culliber imperantis. qua de causa si quis talia talit̄ operaret malus ⁊ maleficus apud xp̄ianam religionem haberet: ⁊ nō virtute nature: sed magis adiutorio ⁊ potentia demonū bmdī opera facere putaret. Qui aut in naturali magia docti sunt talia nō mirant: vt dicit Suillus Parisiensis: sed solū creatoz: in his glorificant: sciētes q̄ sola omipotentissima dei voluntate ipius natura operat: ⁊ iuxta p̄suetudinē notā hoibus: ⁊ preter cōsuetudinē nō solū nouis modis: sed etiā res nouas. non enim dubitandū est in nouis seminū p̄mixtionibus ⁊ ipsoz adiutorijs noua animalia et nedū vīsa gigni posse: sicut aperte docet in libro nezimū magi: vt Suillus Parisiensis ibidem refert. Ad hanc magiā naturalē p̄tinet mirificentia operū que in medicina alquimia mathematica agricultura ⁊ ceteris mechanicis artibus sūt: de quibus oibus Suillus Parisiensis. Albertus magnus. Rogerius bacho et plures alij theologi tam antiqui q̄ moderni plura experimenta mirifica referunt ⁊ scribūt. vñ Plinius narrat. iij. li. naturalis historie: q̄ si quis cor talpe recens palpitātisq̄ deuozarit: diuinatiōis ⁊ rez efficiendaz euentus p̄mittit. Suillus quoq̄ Parisiensis narrat in libro de vniuerso q̄ si quis heliotropium lapidem gestat: radios solis in sanguinē p̄uertet: facit enim eos apparere sanguineos: ⁊ iste est primus effectus eius mirabilis. sed mirabilior est eius secūdus effectus: qui est in oculos seu visum hominū: quoz aciem ita perstringit vt videri nō p̄mittat illū portantem. veruntñ hoc facere non videt sine adiutorio virtutis herbe eiusdem nominis: que vocat heliotropiū. Aliā magiam narrat Suillus Parisiensis ibidem: que ad prestigiosā ⁊ ludificatoriā p̄tinet magiā. sunt enī quedā sp̄s lucernaz seu luminū: que mirabiles hnt effectus vt est lucerna que conficit ex cera ⁊ corio serpentis puluerizato. si enim inde accendatur candela in loco vbi aliud lumen nō luceat: loco inq̄ paleis vel

Iunci strato: singule festuce et singuli iunci videbunt serpentes per domus dis-
 silientes. Huius rei admiranda causa in hoc est: quia varietas colorum a pulvere
 pellis serpentine faciet apparere varietate similem in iuncis atque festucis. mo-
 tus vero illius flame faciet apparere dissolutus siue dissilitioes. Cuius signum eni
 dentissimum est: quia folium quercuum vel alterius arboris similis de nocte videtur
 buffo vel rana, nec mirum: cum putredines et squame piscium et extrema quorundam
 vermiculorum videntur ignes vel flame de nocte. Dixerunt etiam experimentatores
 magie naturalis: quod si de semine asinino et cera predicto modo fieret candela in
 loco ubi illa sola luceret: quicumque homines ibi viderentur apparerent asini. Hoc idem
 sentiunt de lachryma eiusdem asini: que si admiscetur cere: similes apparentiam
 operabitur, plura alia experimenta breuitatis causa obmitto: que si vera sunt ad-
 miranda profecto indicari debent. Inter hanc autem magiam naturalem et prohibitam
 magna imo maxima ut dicitur est disparitas et dissimilitudo: quia prohibitam
 non modo christiana religio: sed omnes leges: omnes bene instituta respublica damnat et
 execratur, naturalem vero omnes sapientes omnes celestium et diuinarum rerum studiose na-
 tiones approbant et amplectuntur, illa artium fraudulentissima: hec altiorum scitiorum
 philosophia, illa irrita ac vana: hec firma fidelis et solida, illam quisquis coluit semper
 dissimulauit: quod in auctoris esset ignominiam et contumeliam: ex hac summa sicut
 claritas gloriarum antiquitas et pene semper petita, illius nemo unquam studiosus
 fuit vir philosophus et cupidus discendi bonas artes: hec altissimis plena mysterijs pro-
 fundissimam rerum sacratissimam contemplationem et demum totius nature cogniti-
 onem complectitur: hec inter sparsas dei beneficio et inter seminatas mundo virtu-
 tes quasi de latebris euocantur in lucem: non tam facit miranda quam facienti nature
 sedula famulari. hec in mundis recessibus: in nature gremio: in promptuarijs
 archanisque dei latitantibus miracula: quasi ipsa sit artifex promittit in publicum
 et sicut agricola vimos vitibus: ita magus terram celo. inferiora superiorum
 donibus virtutibusque maritat. Ex differentia posita inter magiam naturalem et
 prohibitam sequitur necessarium: ut dicant fautores magie naturalis: quod opera ma-
 gorum paradisi Appollonij Chiani ceterorumque magorum que christiana dantur re-
 ligio: facta sunt virtute nature hominum ministerio et non demonum adiute. Et hinc
 est quod propter futurorum diuinationem et occultorum reuelationem ac mirabilium effe-
 ctuum operam non oportet consulere demones vel substantias alias separtas:
 sed virtutes occultas nature: quas qui cognoscunt: omnium predictorum causas et ratio-
 nes reddere possunt. Huic autem opinioni seu potius errori innititur defensor pre-
 dicte conclusionis: ut per eas quas de magia naturali iuxta Pythagoricorum et
 Platonicoz philosophiam scribitur conclusioes. Nec mouere debet (ut aiunt) virum ali-
 quem doctum: magus vocabulum: quod maleficium significare videtur, hoc enim nomen
 magus nec latinum est nec grecum: sed persicum: et idem lingua persica significat quod
 apud nos sapiens, sapientes autem apud persas idem sunt qui apud grecos philosophi
 dicuntur: sic vocari a Pythagora: qui prius dicebantur sapientes. fere enim apud
 diuersas gentes diuersis nominibus sapientes eorum nuncupabantur: ut druides apud
 gallos: prophetes apud hebreos vel pharisaei vel cabalite: apud indos gymnoso-

phiste: apud egyptios sacerdotes: apud grecos philosophi: apud persas magi. Et in
 hac significatioe euangelista Mattheus scribit: quod magi venerunt ab oriente adora-
 turi christum: non erant illi magi necromantes et cum demonibus confederati: qui hostes
 demonum imo dominum: et de eis morum triumphaturum venissent adorare, sed erant veri sa-
 pientes celestium et terrenarum rerum scientiam edocti: qui ipsam patris sapiam in humano
 corpore factam visibilem coluerunt et venerati sunt. Hanc autem doctrinam aptissime dat
 intelligere Hieronymus in epistola ad Paulinum: in qua mentio facit de Appollonio
 Chiano ait: Appollonius Chianus: siue magus ut vulgus: siue philosophus ut pithe-
 gorici dicunt. in quibus verbis expressè significat Hieronymus, quod illud quod est vera philosophia a
 vulgari quodammodo creditur esse illud quod ipsi appellantur magiam. Et quod per quod nomen magiam
 secundum opinionem istam est equocum ad magiam superstitiosam et naturalem. unde Suius Part
 sicut, in de vniuerso scribit: quod magi a magia naturali dicti sunt: quia magna agerent: id
 quod male interpretati sunt magos: quia male et mala agerent. quod autem misterio demo-
 num talia operantur: reuera et male et mala agerent et huiusmodi dicendi sunt. Per igitur quod
 sit magiam naturalis secundum sic opinantes: ad quod et ad quod se extendit eius cognitio et operatio.

Improbatio eorum que dicuntur de magia naturali per octo conclusiones probabiles.

Consideratis rationibus contra magiam primò, c. descriptam inductis: luce cla-
 rius patet quod magiam naturalem illicitam et prohibitam sit censenda. stat enim quod ma-
 giam naturalem est ars cognoscendi occulta faciendaque mirifica opera in natura
 ut ipsi fatentur, quare si magiam sic a nobis descriptam tanquam superstitiosam et fraudulen-
 tissimam omni lege sit prohibita: consequitur necesse est quod naturalis magiam sit illicita et prohibita.
 Preterea certum est quod Plinius, in naturalis historie libro de magia naturali disse-
 rit et scribit: ad quam ut inquit Pythagoras Empedocles Democritus Plato
 descendam nauigare, et si defensores magie naturalis fatentur, manifestum est Plini-
 um ex auctore Hieronymi tanquam vanam et fraudulentissimam illam dantur: ut ibidem patet, quod
 habetur oppositum. Item ad magiam naturalem pertinet secundum Plinium, ea magiam que a besptheris ex
 aere ex stellis ex lucernis ac peluibus securibusque: et ex umbrarum inferiorumque col-
 logis et multis alijs diuina permittit, si stat talem esse prohibitam omni lege ciuili etiam
 romanorum, scribit enim Plinius ubi, si quod galloz druides et si genus vatum medi-
 corumque Liberti cesaris principatus sustulit, druides autem et vates secundum defensorum
 predicte conclusionis idem quod vocabulum magus a magia naturali dictum significat. Pre-
 terea experimentum de talpa et eliotropio et lucerna ex cera et semine asini confecta
 ad magiam naturalem pertinet, si Plinius dantur experimentum de talpa et eliotropio
 in, xxx. et vlti. naturalis historie li. p. quod ut credo superstitio quedam in his admisce-
 rit vires enim religionis in talibus operibus dicit magos addere: quod superstitio-
 sum censetur, eadem ergo ratione damnanda videntur cetera experimenta arte
 magica inuenta et experta. Si dicatur quod predictae rationes non concludunt:
 quod magiam naturalis sit illicita et prohibita: nisi ostendatur efficaciter quod mirifi-
 centia operum que in magia naturali sunt: virtute demonum et non virtute

nature ministerio magoz adiute fiat. dictū est autē supra q̄ in reb⁹ creat⁹ sunt virtutes quedā occulte et mirifice; quas qui cognoscūt et applicare scilicet: mirifica opa facere p̄sūt. pp̄ q̄d in experimentis magoz naturalū si veritas quicq̄ nō inueniatur: referendū est potius ad ignorantiam experimētatorū: q̄ ad defectū virtutū occultarū nature. Preterea in magia de qua Plinius disserit et scribit: plura narrant que ad magiā p̄hibita p̄tinet: quare allegādus nō venit in p̄futatōez magie nālis. R̄ideo q̄ rōes p̄dicte efficaciter p̄cludūt p̄tra magiā naturalem quia cū virtutes occulte nō possint euidenter cognosci p̄ hūanam inquisitōez vt statim patebit: necesse est in opibus magoz auxiliū demonū expressum vel occultū interuenire. Quō octo p̄clusionibus p̄babiliter tm̄ et nō assertiue ofido. Prima igit̄ p̄clusio et fundamentalis dīm dicendorū in p̄nti materia. est hec: Preter virtutes nature quas cōiter p̄sophātes in rebus naturalibus expeririunt: nō sunt dables tales virtutes occulte et mirifice quas magi fingunt: quia nō est probabile aliqd esse in natura q̄d efficaci rōne aut experimēto nō deprehendat̄. sola enim hec via intellectui hūano relinquit̄ ad p̄sophandū. virtutes autē occultas quas magi fingunt: nec rō efficac̄ cōuincit: nec experientia docet: vt ex incertitudine et deceptione opoz magicoz apparet. Preterea si entia imperfecta vt mineralia vegetabilia et plante aialia quoq̄ imperfecta et celestia corpa hūt tales virtutes occultas et mirificas: vt magi fatent̄: rōnabile est per locū a minōri ad maius: q̄ aialia p̄fecta et maxie homo tales virtutes habeat: qui sup̄iōm locū obtinet inter res nāles. nō apparet autem nec experimur in aialibus perfectis nec in hoīe tales virtutes occultas et mirificas: nisi dicat̄ fm̄ intentōnem Auicenne: q̄ virtus imaginatiua et intellectiua in hoīe pro virtute occulta et mirifica hētur q̄d ridiculū et iopinabile in p̄mptu apparet. Itē certū et manifestū est apud oēs p̄sophantes: q̄ Aristoteles p̄hoz princeps et subtilis inq̄sitor veritatis sufficient̄ et p̄plete tradidit et scripsit sciaz rez naturalū fm̄ se et oēs eius p̄tes: inf̄ q̄s nō p̄numerat̄ scia virtutū occultarū et mirificarū nature: quā isti magiā naturalem dicūt. Relinquit̄ ergo q̄ tales virtutes occulte et mirifice non sunt dables. Si dicat̄ q̄ irrōnabile videt̄ tales virtutes occultas negare: apparet nanq̄ magnetem ferrū attrahere: et eūdem ne attrahat ab adamante ligari: v̄sum est sepe zaphirū entracem fugare: aurū cor letificare: et iaspidem v̄decūq̄ fluxū p̄pescere: et plura his similia: que cū ab oibus vulgata sint: impossibile est veritatē nō in maiori p̄te hēre. R̄ideo: q̄ hec ad virtutes cōiter exptas reducunt̄: cū p̄tingāt in pluribus: vt medici dicūt: quoz est tales virtutes p̄siderare. Secūda cōclusio: p̄cessis talibus virtutibus occultis nature et mirificis: impossibile est intellectū humanū sue nature relicto tales virtutes distincte et p̄ certitudinē cognoscer̄: cuius cā et rō duplex colligit̄ ex dictis Petri de Ebano Cōsiliatoris. lxxi. dria. Prima q̄dem rō et cā est: difficultas cognitiōis p̄positiōis mixtiōis in qua forma cū eius virtute occulta suscipitur: cognitiōem nanq̄ simplicium causantiū hōi mixtionem ignoramus: q̄d in vixerimus in hoc mundo. vnde Auerrois quinto coll. Im possibile inquit est scire per arbitriā mensuram mixtionis: per quam operatio

specifica fit in ipso ente: qm̄ cōmixtio totius duoz cu; p̄to alterius ex opere dei est benedicti et summi et opere nature. difficilis preterea est talis virtutum occultarū cognitio: propter ignorantiam principioz p̄uentus hōi virtutis occulte: cū ipsa non educatur omnino de potentia materie: sed ad hoc agens operatur extrinsecum: vt corpus celeste: deinde intelligētia plena formis: demūq̄ primus benedictus. Secunda vō causa et ratio est separabilitas et corruptio talium virtutum occultarum a suis proprijs substantijs: quod euenire potest aut propter indispositionem materie cum distemperata complexionem in qua fuit suscepta: cui innitebat̄ forma. vel ex parte loci: eo q̄ a locis in quibus producte fuerunt et p̄seruabantur remoueātur. est enim patria principij generationis velut et pater. locus enim virtutē habet contentiuā et saluatiuā locati. iiii. p̄by. aut hoc euenit ex parte eoz a quibus illa forma impūm̄ cum virtutibus. cū enim vniquodq̄ periodo terminetur: vt. ij. de ḡnitione scribit̄ virtutes celoꝝ ad tempus determinatū in formis et materijs sustentant̄. et ex hoc apparet multoties defect⁹ et deceptio illoꝝ qui virtutes has occultas et mirificas experientes non obseruant tempus signatū et determinatū. inueniētes nanq̄ substantiā et p̄positū credūt experimētatores et illic virtutes occultas inuenire: in quo maxime fallunt̄ et decipiunt̄. quare videm⁹ moderno tpe multos lapides virtutibus olim sibi attributis deficere. tūz propter eoz separationem a locis proprijs. tum etiā pp̄ t̄pis antiquitatem. P̄t̄z igit̄ incertitudo et ignorantia hūane nature circa tales virtutes occultas: deceptio quoq̄ et fallacia in experimentis illaz. Tercia p̄clusio: homo sue naturali virtuti relictus non pōt mirabiles et insolitos effectus per modū artis causare applicādo. s. p̄dictas virtutes occultas et mirificas adinuicem. et notanter dicit̄ homo sue naturali virtuti relictus: quia adiutus et instructus a deo vel angelo pōt nō solū mirabiles: sed miraculosos effectus causare: vt post patebit: h̄ sua propria et naturali virtute hoc reputo impossibile. Cuius rō est: quia agere p̄ modū art̄ est agere p̄ cognitiōem et appetitū: applicādo. s. actiua passiuo. ofisus est autē q̄ homo sue nature relictus nō pōt cognoscere certitudinalit̄ et distincte virtutes tales occultas nature: nec p̄positiōes nec applicationes eaz adinuicem ad mirificos effectus p̄ducendos. nec est opus ad hoc plures rōnes adducere: cū experientia hoc doceat. Ex q̄bus p̄clusionibus p̄z q̄ magia naturalis non est p̄ scie naturalis: vt Sullius Parisiē credidit: et in suo li. de legibus asserit: quia magus nō h̄ certitudinē neq̄ euidentiam distincte et in particulari de virtutibus occultis et mirificis rez naturalū: nec de ipaz p̄positiōibus et applicatiōibus: vt deductū est. scia autē naturalis certitudinē et euidentiam facit de suo obiecto: als nō ess̄ scia. Hoc etiā p̄batur ex alio: quia magia naturalis est noticia experimētatiua q̄ circa singularia et singulares circūstantias versat̄: in quibus vt in pluribus deceptiōes et errores p̄tingunt. asserere autem talem noticiā experimētatiuā esse scientiam vel partem scientie naturalis est ridiculū. vnde tales magi experimētatores potius q̄ scientes appellantur. Preterea magia fm̄ sic opinantes est noticia practica. scia autē naturalis fm̄

se et omnes eius partes est noticia mere speculativa: cum sit de his quorum principium non est in sciente: quod est probere et voluntas. vi. metaphy. Et ex eadem radice patet quod magia naturalis non est perfecta sapientia: ut defensor predicte conclusionis sine probatione asserit: quia sapientia non est quocumque noticia. vi. et ibi. sed divinissimoz entium a motu et materia tam sensibili quam intelligibili separatoz. magia autem naturalis est de virtutibus occultis et mirificis reze naturalium secundum sic opinantes: que non abstrahunt a motu nec a materia sensibili: ut scribitur. vi. metaphy. Quarta conclusio: intellectus angelicus sua naturali virtute potest certitudinaliter et evidenter cognoscere et de facto cognoscit virtutes occultas et mirificas reze naturalium: quecumque siliter concurrunt et concurrere possunt ad insolitas et mirificas illarum operationes. Hec conclusio quibus nulli philosopho nec theologo dubia videri debeat: efficaciter tamen potest demonstrari: quia certum est secundum philosophos intelligentias separatas mediante motu corporum celestium et istorum inferiorum causare predictas virtutes occultas et mirificas. talis autem calitas fit per intellectum et voluntatem secundum omnes recte philosophantes. et eas distincte et evidenter cognoscunt. Preterea cognita distincte et evidenter natura subiecti proprii alicuius virtus cognoscitur distincte et evidenter virtus sequens tale subiectum. et hec est per se nota cuilibet philosophanti: cum principium cognoscendi distincte et demonstrandi que insunt subiecto: sit ipsum quicquid est alterius extremi. id est posterioris. manifestum est autem quod quilibet subiecta separata cognoscit evidenter et distincte quidditates reze materialium: aut per species inditas: aut per species a rebus acceptas secundum ponentes species intelligibiles: aut quodam alio modo: per noticiam intuitivam. id est vel abstractivam secundum modernorum theologia. Quinta conclusio: substantie separate sua propria et naturali virtute possunt mirabiles effectus per modum artis facere: applicando. id est activa passiva: in quibus tales virtutes occulte et mirifice reperiuntur. Hec conclusio non potest in lumine naturali efficaciter demonstrari: quia non est per se notum nec ex se notum deductum: quod materia corporalis generabilium et corruptibilium ad nutum obediat substantiis separatis vel ad motum localem vel ad motum ad formam. nec est per se notum quod intelligentie possint virtute sua naturali immediate movere localiter hec corpora inferiora. et ideo ex principijs fidei probanda est: ut beatus Thomas probat. q. vi. de potentia dei. ar. iij. ubi sic dicit: Fidei asserit sententia est quod angeli non solum corpora celestia suo imperio moveant localiter: sed etiam alia corpora deo ordinata et permittente. moveant ergo localiter suo imperio corpora in quibus est vis activa naturalis ad aliquem effectum producendum: que Augustinus appellat nature semina in libro de trinitate. et sic operatio eorum non erit per modum miraculi: sed per modum artis. In miraculis enim producantur effectus absque actionibus naturalibus a causa supernaturali. producere autem aliquem effectum quem vel natura producere non potest: vel non ita convenienter mediante actione principiorum naturalium artis est. unde philosophus dicit. ij. philosophy. quod ars imitatur naturam: et quedam perficit que natura facere non potest. in quibusdam etiam naturam imitat: sicut medicus imitat naturam ad sanandum: alterando et digerendo per appositionem eorum que ad hoc naturale virtutem habent. In effectibus autem omnium produendis ars angeli boni vel mali efficacior est

et meliores effectus facit quam ars humana: propter tres rationes. Prima quidem: quia cum effectus corporales in inferioribus maxime dependant a celestibus corporibus: tunc precipue ars potest sortiri effectum: quoniam virtus celestis corporis ad hoc cooperatur. unde in opibus agriculture et medicine valet consideratio motus et situs solis et lune et aliarum stellarum: quarum virtutes situs et motus multo certius cognoscunt angeli naturali cognitione quam homines. unde horas eligere possunt melius in quibus virtus celestis corporis ad effectus intentos magis cooperetur. et hec videtur esse ratio quare necromantici in invocacionibus demonum situs stellarum observent. Secunda ratio est: quia virtutes activas et passivas in corporibus inferioribus melius novuntur quam homines: et facilius et celerius applicare possunt ad effectum: utpote qui imperio suo corpora localiter moveant. unde etiam medici mirabiles effectus in sanando faciunt: quod plura de virtutibus reze naturalium sciunt. Tercia ratio quia cum instrumentum agat non solum in virtute sua: sed in virtute movetis. unde etiam corpus celeste aliquem effectum habet ex virtute subiectionis spiritualis movetis: sicut quod est causa vite: ut patet in animalibus ex putrefactione nature generatis. et calor naturalis in quantum est instrumentum anime vegetabilis agit ad spiritum carnis: non est inconueniens ponere: quod ipsa corpora naturalia in quantum sunt mota a spirituali subiecto sortiantur maiorem effectum quod videri potest ex hoc quod Seneca. vi. scribit: Gigantes erant super terram in diebus illis. postquam enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum: ille que genuerunt: isti sunt potentes a seculo viri famosi. ubi glo. dicit: quod non est incredibile a quibusdam demonibus qui mulieribus sunt incubi: omnium homines gigantes esse procreatos. Hanc duas conclusiones tractat beatus Augustinus. iij. de trinitate. Sicut inquit patres non dicimus creatores hominum nec agricolas frugum: quibus eorum extrinsecus adhibitis motibus ista creanda dei virtus interior operetur. Ita non solum malos sed nec bonos angelos fas est putare creatores. sed per subtilitatem sui sensus et corporis semina istarum reze nobis occultiora novuntur: et ea per congruas contempcionis elementorum latenter expurgant: atque ita gignendarum reze atque accelerandarum incrementorum prebent occasiones. Sic igitur patet secundum intentum Augustini. quod angeli boni et mali virtute naturali semina reze nobis occulta cognoscunt: et mirabiles effectus per modum artis facere possunt. hoc idem sentire videtur super Seneca. ad Iram. Sexta conclusio: homo auxilio subiectarum separatarum adiutus et instructus potest occulta cognoscere et mirifica opera causare. Cuius ratio est: quia id quod est proprium superiori nature non convenit inferiori nisi comunicetur a superiori natura. hoc patet de calore: qui cum sit proprius igni non convenit mixtis nisi comunicetur ab igne. cognoscere autem virtutes occultas reze naturalium: et mirifica opera facere: est proprium nature angelice: ut probatum est. si ergo homo tales virtutes occultas cognoscit et mirifica opera facit: comunicatur sibi ab intelligentia separata. Hoc autem fit multipliciter secundum doctores. Primo quidem revelando hominibus noticiam talium virtutum occultarum: modum etiam applicationis ipsarum ad effectus mirificos et insolitos. quod credit fuisse revelatum primis inventoribus et scriptoribus artis magice quorum curiositati malignitas spirituum quandoque expresse quandoque occulte deo permittente se ingerit: ut Augustinus videtur sentire in libro de natura demonum

Secundo fit per pacta et signa inter hominem et substantiam; separata inita: quibus
stantibus substantia separata per verba vel signa inuocata aduenit: et occulta
mago reuelat et effectus mirabiles facit. Septima conclusio: substantia separata
cuius auxilio magus occulta cognoscit et mirifica opera facit est mala et non bo-
na: quia si deus permitteret bona substantia hoc facere posset. Cuius ratio est
quia prestare patrocinium aliquibus que sunt contraria virtuti: non est alicuius
substantie bene dispositae secundum effectum. hoc autem fit in hominum artibus magicis et di-
uinationibus occultorum: plura namque adulteria furta homicidia et alia hominum ma-
leficia procurantur arte magica: que constat contraria esse virtuti. ergo substantia
separata que ad hec prestat auxilium mago non est sancta et iusta sed mala. Hoc
videtur in simili tangere beatus Augustinus super Genesim ad litteram: ubi sic dicit: Fatendum
est quod a mathematicis vera dicuntur: instinctu quodam occultissimo dicitur: quod ne-
scientes humane mentes patiuntur: quod tamen ad decipiendos homines fit spirituum imun-
dorum et seductorum operatione: qui vera quicquid de temporalibus rebus nosse permittuntur.
quod appropinquat bono christiano siue mathematici siue quilibet imple diuinationis quibus
quicquid vera dicentes cauendi sunt: ne consortio demoniorum animam deceptam pacto
quodam societatis irretiant. Hoc idem sentiendum est de mirificentia operum: quod
de diuinatione occultorum. et hinc est quod Guillielmus Parisiensis in libro de legibus scri-
bit: quod libri magicorum artium sunt scripti a magis ex demonum reuelatione: aut a de-
monibus sub nominibus magorum. quod intelligendum est de primis inuentoribus et
scriptoribus artis magice: ut in primo capitulo dictum est. Octaua conclusio in operibus
mirificis et insolitis que arte magica fiunt: magus se habet solum per modum in-
uocantis: et demon per modum applicantis actus passiuus: vel rem de loco ad
locum transferentis: quia non est probabile quod corpora in quibus tales virtutes
occulte sunt obediunt mago ad nutum quo ad motum localem: cum virtus motiua
hominis magi sit materialis et extensa contrarietatem hominis et resistentiam ad talia cor-
pora. et per se non ita velociter et imperceptibiliter virtutes tales occulte sunt
applicabiles a mago: sicut requirit productio talium effectuum. substantie autem
separate cuius omnis virtus tam cognitiua quam appetitiua et motiua secundum locum est
immaterialis et inextensa: materia generabilis et corruptibilis ad motum localem
obedit ad nutum. quare concluditur euidenter ad talia opera insolita et mirifica
magum nihil aliud facere et operari quam demones ad hec peragenda per signa in
eos inita inuocare. Et hinc est quod opera magorum Pharaonis non dicuntur fuisse
facta simpliciter a magis: sed tamen secundum quid per incantationes videlicet egyptiacas
et archana quedam: ut scribitur. Exo. vii. et viii. c. Super quo loco Nicolaus de
Lira recitat tribus opinionibus: solum illam tenet et probat que dicit: quod puer-
sio virgarum in dracones per magos facta fuit secundum apparentiam aut secundum impercep-
tibilem suppositionem serpentium alibi naturaliter generatorum loco virgarum: quorum
quodlibet certum est magos virtute eorum naturali non posse facere: sed demo-
nem ad hec facienda inuocare. Notandum pro solutione eorum que defensor pre-
dicte conclusionis inducit de vocabulo magus: quod sicut albus ab albedine dicitur
et denotatur formaliter album: et sciens a scia: et sapiens a sapientia. sic a magia

primo descripta dicitur et denominatur quis formaliter magus. Cuius ratio est
quia in vocabulorum significationibus sequi debemus usum communem. et hinc est quod
Aristoteles philosophus princeps in philosophicis et dialecticis libris semper probat quid
nominis vocabulorum per communem modum dicendi. usus autem communiter loquentium appellat
magum illum tamen qui scit futura predicere et diuinare: maxime quo ad hominis bona
vel mala et mirifica opera facere. et quia per astrologorum peritiam et virtutum occultarum
notitiam solent philosophi diuinare et mirifica opera facere: hinc est quod astrologi magi di-
cuntur. propter quod Dionysius in quinto historiarum libro et Hermodorus tradit Zo-
roastrem magice predictionis et diuinationis principem astrologorum fuisse cultorem:
ut Laertius Diogenes in libro de moribus et institutis philosophorum refert. Hoc idem
sentire videtur Aristoteles in Ethicis: ubi scribit: quod primam stellarum inter-
pretationem magi nuncupabant: sicut de his legitur qui in euangelio natum christum annu-
tiant. postea hoc nomine soli mathematici cuius artis scientia usque ad euan-
gelium fuit concessa: ut christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de celo inter-
pretaretur. Cuius prohibitionis ratio est: quia in talibus futurorum diuinationibus pro-
prie vana curiositatem et inquisitionem humanam demon ut in pluribus se ingerit: ut
sepe dictum est. propter quod philosophantes de talibus non solum magi: sed male-
fici apud communiter loquentes appellantur. quare sequitur quod nomen magus non in bo-
na sed in mala significatione apud christianos est accipiendum. significat enim di-
uinationis artem lege diuina prohibitam. unde Rogerius Bacho quem defensor
predicte conclusionis in defensionem sui erroris allegat in libro que ad Clemen-
tem papam scribit: mathematicam prohibitam et maleficam: mathematicam magicam ap-
pellat. per quod datur intelligi quod nomen magus prohibitam artem et maleficam
apud communiter loquentes significat. Magi autem qui adoraturi christum ab oriente ve-
nerunt: non dicebantur magi ab arte magica: ut defensor conclusionis in apolo-
getico scribit: sed a magnitudine scientie: non naturaliter inuente: sed diuina inspi-
ratione tradite: ut magister Nicolaus de Lira dicit. isti enim videtes
nouam stellam: cognouerunt per diuinam inspirationem quod illa erat stella que predicta
fuerat per Balabam: qui in orientali plaga prophetauerat. Nec dictum Hiero-
nymus de Appollonio Tybiano iuuat defensorem predicte conclusionis: quia no-
men magus nec apud veteres nec apud modernos philosophiam aut sapiam vltimam
et simpliciter significat. hoc enim esset ridiculum ut dictum est: sed significat partem
illam philosophie que de astrologorum cursu et situ est: aut de virtutibus occultis superiorum
corporum et inferiorum. propter quod philosophantes de talibus magi apud persas
nuncupabantur: apud nos vero diuinatores vel malefici. nec prophete nomen
apud hebreos idem quod apud persas magus significat: ut defensor conclusionis
sonnat: quia propheta secundum hebreos ex diuina inspiratione futura prenu-
tiant unde prophetia donum dei est: et non ab astris vel hominibus allata. magus autem ex
causis naturalibus aut demonum reuelatione futura predicat. Relicta ergo con-
tentione de verborum significationibus: que apud sapientes vana et inutilis est:
cum de rebus agitur: tenendum est firmiter secundum christianam religionem: quod nomen ma-
gia a quo magus quis appellatur significat artem quandam superstitiosam: qua

ministerio demonum magus occulta cognoscere et mirifica facere falso promittit. Cuius superstitionem et fraudulentiam sub falso nomine sapientie naturalis multi etate nostra probant imitantur et defendunt. de cuius partibus et speciebus ad ampliores destructiones erroris ipsorum in speciali magis et in particulari differendum est.

Opinio quorundam magorum quod diuinitio occultorum artis magice fieri potest naturaliter per inspectionem corporum luminosorum et aliarum causarum naturalium.

e **Ex** conclusiōibus predictis et his que dicta sunt. h. c. perspicuum est quod tanta diuinitio occultorum; quod mirificetia operum artis magice fit auxilio demonum. vix quia fautores magie naturalis conantur predicta reducere ad causas mere naturales; ingreditur est si occultorum diuinitio et mirificetia operum virtute nature fieri possit. Et primum de occultorum diuinitioibus; de quibus aliqui dicunt et scribunt; quod tribus modis quis potest naturaliter per virtutes anime occultata cognoscere et diuinare. Primum quidem modus est per inspectionem corporum et instrumentorum luminosorum. Cuius ratio est; quia mentis humane acies eius quod aspicit in talibus instrumentis reflectit in seipsam. prohibet enim luminositas instrumenti ipsam aspicientem faciem mentis in exteriora intendere seu dirigere et repellit eam atque reflectit in se. propter quod cogitur intueri in semetipsa; in qua iuxta Platonis philosophiam; si purgata sit et tersa a sordibus; que a parte corporis adueniunt et adherent anime; vel ut in speculo claro et terso videntur; vel omnia occulta vel partem eorum vel occultum quod queritur. nec mirum si anima in seipsam reflecta videat talia occulta; quia secundum Platonem. anima humana creata est perfecta inscripta formis omnium cognoscibilium; et hoc quantum ad eius virtutem intellectiuam; ornata autem ac decorata tota pulchritudine ac varietate virtutum quantum ad eius virtutem appetitiuam. propter quod Platonem dicebat nos nihil omnino posse addiscere vel inuenire; nec in animabus nostris nouam sciam per doctrinam aut disciplinam aut experientiam sensum fieri; sed veteres et inatas nobis; que quasi sepulte fuerant et obtecte detegi per exercitantes doctrinales et experientias; et apparere etiam nobis ipsis; quas prius apud nos esse non videbamus. Scdm igitur istorum magorum sententiam hec operantur luminosa corpora et instrumenta et singulariter specula; ut ad se ipsas reuersa aspicientis anima in semetipsam perfundet intuitum et figat intimius aciem intellectus. quod quanto amplius intimius figet; et ampliora et lucidius in semetipsa intuebitur et cognoscet et diuinabit occulta. et a deo intimatur et profundatus poterit esse; ut dicunt in animam ipsius homini intuitus; adeoque ad seipsam poterit esse conuersa et quasi infra semetipsam collecta; ut vel raptus sit homini collectio vel propter raptum; vel extasis vel prope extasim. propter quod in homini operibus exercitati statim consummato opere homini claudunt et clausos foriter tenent oculos pueroz; quibus facte sunt apparitiones homini; donec anima reuersa sit ad statum pristinum a collectione homini et effusa iuxta consuetudinem atque spersa in corpus suum

et eius organa. et hoc est dicere; donec resumpserit vires et organa que deseruisse saltem ad modicum videbat; alioquin imineret puero ut dicitur periculum corporis aut forte insaniam. et hic est vnus modus iuxta platonicoz philosophiam saluandi occultorum diuinitioes per causas mere naturales sine quocumque auxilio expresso vel occulto demonum. Est preterea alius diuinandi modus et cognoscendi occulta naturaliter; per medicinas. scilicet et virtutes occultas mineralium et herbarum et animalium; de quibus Guillus Parisiensis scribit in de vniuerso; quod oculus indice testudinis et cor buppupe et omnia homini habent virtutes attrahendi vapores qui ingrauant somnum et generant fantasias somniorum. et propter hoc suis virtutibus liberat et expedita facit animam a grauedine et crassitudine; quibus impediri apte corporis anima; ne possit in seipsam reflecti et intueri; velut in speculo claro presentia preterita et futura. Tertius modus diuinandi et cognoscendi occulta naturaliter magis aptus et profectus anime humane quam modi supradicti; qui non sunt sine aliquo horrore et periculo ut dicunt; est per armonias. scilicet concentus musicorum instrumentorum. Cuius ratio est; quoniam percentuum quorundam suauitas mirabiliter est demulcens animas humanas et rapiens eas in se; et propter hoc eripiens eas a passionibus que impediebant intuitum oculorum in seipsa. propter quod Platonem in libro qui vocatur Timaeus; magnam armoniam attribuit potentiam. dicit enim quod potentissima artium musica est; et mirificam habet virtutem armonia ad mitigandos dolores animarum humanarum et ad incutiendos eosdem. similiter ad lectificandas ipsas et ad omnes passiones ingerendas eisdem. tantaque est vis armoniarum in commouendis animabus ut etiam eas cogat mouere corpora sua motibus gestulationum; quibus quantum possibile est efficiantur motus passionum suarum interiorum. Per armonias etiam fugantur naturaliter maligni spiritus; siue recedunt ab animabus quas vexant. cuius causa in hoc est secundum Platonem; quod virtus armoniarum a deo rapit animas humanas in se adeoque abstrahit illas non solum ab alijs passionibus et sollicitudinibus; sed etiam a seipsis. namque igitur si recedant a malignis spiritibus et seorsum fuerint a passionibus; per quas tenebantur ab ipsis; quasi a semetipsis quodammodo abstrahunt et in ipsarum armoniarum suauitatem rapiunt. Ex quibus manifestum est quod armonie non mediocriter adiuuant animam ad diuinorum contemplationem et occultorum diuinationem. His igitur tribus modis supradictis disponitur et inuatur anima humana ut in se ipsam conuersa et reflecta posset videre naturaliter omnia occulta vel partes eorum vel occultum quod queritur absque auxilio demonum; iuxta Platonis philosophiam; ut dicitur.

Quod supradicta opinio magorum est contra veritatem fidei catholice et philosophie naturalis.

b **Et** autem opinio de occultorum cognitione et diuinatione per inspectionem corporum luminosorum est contra fidei catholice et veritatem philosophie. fundatur enim in tribus propositionibus falsis et erroneis. Prima; quod anima humane creatur a deo perfecte quantum ad scias et virtutes. Secunda; quod vnio anime ad corpus non est naturalis sed violenta et penalis. Tercia; quod per inspectionem corporum lumi-

nosoz vel virtutem medicinaz et cetera: rez naturalis: aut musicalis armoniaz aia humana iuuatur et disponitur ad videndum in seipsa tanq̄ in speculo claro et terso imagines rez oium occultaz. Primum fundamentum Platonis est Aristotele expresse: cuius phia apud oēs recte philosophantes tanq̄ rōni et experientie conformior est magis recepta et probata: q̄ phia Platonis. scribit enim Aristo. in libris posteriorz et de aia: q̄ omnis hūana scia causat ex preexistenti cognitione: et q̄ intellectus nō se habet in potentia ad formas intelligibiles sicut materia ad formas sensibiles: et q̄ nihil hoz actu est aia: sed potentia tm̄: et q̄ intellectus possibilis est oia fieri: sicut intellectus agentis oia facere: et plura bis similia. per quod datur intelligi: q̄ aia non habet scientias et virtutes innatas: sed per usum et exercitiū circa sensibilia generatas et acquisitas. vñ deficiente aliquo sensu deficit scia que circa illum sensum est: vt scribitur in libro posteriorz. Preterea p̄tra opinionem Platonis rōnibus sic arguitur: Qd̄ enim est perfectionis in natura inferiori non est remouendum a superiori et perfectiori: sed magis attribuendum s̄m modū sibi p̄uenientem. hec propositio est per se nota cuilibet philosophanti. manifestū est aut̄ q̄ aialia bruta que sunt infra boiem acquirunt de nouo spēs et cognitiōes rez sensibilia. acquirunt preterea imaginatiōes memorias et stimulations: ex quibus dispositiōes et habitus in pte sensitua generantur et acquirunt: quod est perfectiōis in aialibus brutis. ab aia ergo intellectua non est neganda acquisitiō noua spēs intelligibilia et virtutū intellectualiū. Cōfirmat ista rō: in quacūq̄ natura est principium actiū et passiū acgrende p̄fectionis: ibi pōt acquiri talis perfectiō: alis frustra et ociose ponent̄ in tali natura principia predicta. aia aut̄ hūana bz in se actiua principia et passiuā respectu sciaz et virtutū: quare sequitur q̄ de nouo pōt scias et virtutes acgrere. et negare ab aia hūana acquisitiōem sciaz et virtutū est incidere in errorem phoz antiquoz: qui negabat ab agentibus naturalibus actiones proprias et virtutes agendi: reducentes oēs effectus in deum tanq̄ in cām totalem: ita q̄ ignis non causabat calorem s̄m ipso: s̄ p̄ma causa ad presentiam ignis. nec sensibilia imutabant sensus nec causabat cognitiōes et noticias suas in aiam: sed deus ad p̄ntiam sensibiliū. et sic de virtutibus moralibus: que oia sunt contra veritatē phie et fidei catholice. Preterea tam scientes q̄ non scientes confitent̄ se addiscere et addiscendo de nouo acquirere doctrinales et disciplinales scias et cognitiōes. et nemo est q̄ nō experiat apud se vacuitatem et ignorantiam ab h̄mōi scientijs et cognitiōibus anteq̄ per experientiam sensuū aut doctrinā p̄cipiat h̄mōi scientias et noticias in eo gigni et fieri. propter qd̄ addiscentiū nemo dicit: ostende mihi scientiam que latet in aia mea: s̄ fac me scire quod ignoro: fac me videre qd̄ non video quia reuera illud scio q̄ ego me nescire indubitāter sentio. vnde in fine primū posteriorz scribit Aristo. contra Platonem: q̄ incōueniens est nos hēre nobilissimos habitus et latere. Item si aia hūana s̄m platonem affert secū habitus sciaz et virtutū: cōtrarij habitus et qualitates erunt in aiaibus nostris ab ipsa creatione aiaz. Qd̄ sic p̄: quia virtus et scia nō pōt oboleri ab aia hūana nec

de nouo fieri s̄m Platonem: cum naturaliter et indelebiter insint. p̄ eandem ergo rōnem nec habitus istis contrarij. Qd̄ si dicat q̄ virtutes tā intellectuales q̄ morales sunt naturales animabus nostris eisq̄ innate atq̄ concrete vitia vō et ignorantia p̄aue dispositionis aduenticia. hoc nō valet: quia querendum est a Platone: vtz tales habitus p̄trari possunt fieri in anima: vel nō. Si primū hētur propositū. s. q̄ habitus contrarij sunt simul in anima. et p̄ phis aia humana simul scit et errat: scit et ignorat: simul est virtuosa et viciosa: simul bona et mala. quod est impossibile: cum vnū contrarioz expellat alterū. Si dicatur secundū: q̄ habitus contrarij nō pōt fieri nec causari in animabus nris sequitur q̄ nemo hoim erit ignorans vel errans: cum naturaliter sit sciēs. nec malus cum naturaliter sit bonus. quare soli boni homines peccant: soli boni omnia mala faciunt: soli boni furant: soli boni rapiunt fraudāt iniuste iudicat: cum mali nulli sunt vel esse possunt: postq̄ malicia nec naturaliter est aiaibus innata: nec aduenire possit eisdem s̄m platonicos. hoc idem de errore et ignorantia sequi necesse est: que omnia sunt contra experientiam pbicam et veritatē sacre scripture. Secundū fundamentū predictę opinionis: videlicet q̄ vnio aie ad corpus non sit naturalis sed violenta et penalis: est falsum et hereticū. constat enim aiam humanā esse formā et endelechiam corporis humani: cum sit tali corpori primū principium viuendi sentiendi mouendi s̄m locū: vt exp̄meto patet. forma vō et actus proprius vnitur de per se et inclinatione naturali suo proprio perfectibili: quia actus proprius naturaliter sit in propria materia et potentia. vnio ergo anime ad corpus non est innaturalis et violenta. Item homo cū sit ens naturale et sensibile nō est sola materia nec sola forma: s̄ vtrūq̄ simul: vt. vii. metaphy. probat et in symbolo Albanasij scribitur: q̄ sicut anima rōnalis et caro vnus est homo: ita deus et homo vnus est x̄ps. sed manifestū est q̄ homo est ens vnū et p̄positū ex partibus de per se. ergo ptes adinuicem vnuntur de per se et naturaliter: quia si partes de per se adinuicem nō vnuntur nec in toto de per se vnirentur. et per phis homo non esset ens nec vnū de per se: sed per accidens: quod est incōueniens manifestū in metaphy. Preterea si anime humane repugnaret vniri de per se et per modū forme corpori hūano: esset hoc s̄m Platonem et Auerroim qui Platoni consentit propter eiū immaterialitatem et subsistentiam. implicatio namq̄ videtur p̄tradictiōis s̄m Platonem q̄ forma imaterialis et subsistens vnatur materie corporali tanq̄ forma. ex quo enim est imaterialis non potest esse forma materie. ex quo est subsistens: non pōt cū quocūq̄ alio formaliter et intrinsece componere aliquod terciū de per se. hoc aut̄ nō impedit quin vnio anime et corporis sit naturalis et de per se: quia anima intellectua non subsistit subsistentia complete speciei: que admodum forma separata angelica. nec est forma imersa materie: sed sup̄grediē eius naturā non vtens organo corporali in suis operatiōibus p̄p̄ijs vt forme materiales: quare nec eius imaterialitas nec subsistentia impedit: q̄ sit forma et pars intrinseca humane nature. propter qd̄ separata a corpore remanet imperfecta: b̄ns esse et opari imperfectū: donec vnita sit proprio corpori

Ex quo patet vanitas opinionis platonicoꝝ: qui credunt q̄ anima intellectiua propter vnionem ad corpus moriatur & impediatur in suis nobilibus operationibus & vsu sciãz & virtutũ cum quibus fuit creata: quia nõ videt̄ rōnabile q̄ anima patiat̄ detrimentũ in suis proprijs operationibus propter id quod est sibi naturale, quod enim est alicui naturale: non impedit eius propriã operationem, sed conseruat & auget, vniri aut̄ ad corpus est anime hũane naturale: vt probatũ est, per hoc enim differt̄ fm̄ fidem ab angelis, ergo per vnionem ad corpus nõ moriatur nec impeditur aia: sed viuit vita intellectuali sibi propria, Item vnio aie intellectiue ad corpus organici non est nisi aptatio & applicatio virtutũ operatiuarũ aie ad organa sua propria & sibi proportionata, sed nemo sane mentis dicit̄ ex h̄mõ applicatione vel aptatione ad organa sua virtutes operatiuas mori vel impedi: sed potius iuari & vigorari in operationibus proprijs, quod experimento probatur: quia lesis organis potentiarũ sensitiuarũ p̄ quas conseruantur & comprehendunt̄ fantasmatã: impedit̄ aia in considerãdo etiã ea quorũ sciãm habet, ergo vnio anime ad corpus non impedit proprias aie operationes, Si dicat̄ q̄ virtutes que per corpus ad membra corporis operantur non moriunt̄ vel impediunt̄ p̄ applicatiõem ad organa quibus perficiunt̄ operationes suas: sed vis intellectiua que per h̄mõ organa nõ operat̄ vt dictũ est: corpori iniungit̄ & quodãmodo in eo moritur & sepelit̄: iux̄ illud Sapie: Corpus quod corripitur aggrauat aiam, Contra hoc arguit̄: quia querendũ est, a Platone qualiter & quã ob eãm proueniat aie intellectiue ex corpore mori & impedi a suis proprijs operationibus imaterialibus: cũ vnio ad corpus sit ei naturalis q̄tum ad esse & operari vt dictũ est, virtus preterea intellectiua quasi seorsum & longe est valde a corpore fm̄ statũ suũ & sublimitatem essentie sue: cũ supgrediatur naturã materiẽ, tñ manifestũ est multas bonas & nobiles operationes & influentias ex ipsa in corpus & partes eius prouenire, ipsa enim est que totũ corpus viuificat totũ corpus regit & toti puidet, Nec est dicendũ: vt platonici dicũt: q̄ merito peccatoꝝ que commiserit in p̄paribus stellis anteq̄ corpus intraret: infligitur ei h̄mõ vnio ad corpus & impedimentũ ad penam quia nihil putari debet pena quod non cognoscit̄ nec sentitur, aia aut̄ hũana nec in corpore nec extra corpus sentit vel cognoscit se sic punitã, Nec opinio de vnione anime ad corpus dãnatur in clemen, vnica, de sum, trini, q̄ substantia aie rōnalis seu intellectiue vere ac per se hũani corporis non sit forma: error, Tercia quoq̄ fundamentũ predicte opinionis: q̄ per inspectiõem corporũ luminosoꝝ vel medicinas aut musicales armonias quis posset diuinare occulta: est falsũ & hereticũ, Quod sic ostenditur: quia hũana aia nõ pot̄ diuinare nec cognoscere occulta p̄fitium preteritoꝝ & futuroꝝ p̄ supradicta nisi altero triũ modorũ: vel q̄ talia in se & per se causant noticiã sensitiuã aut intellectiua talium occultorũ: aut quia in ipsis & maxime in corporibus luminosis relucet imagines sensibiles vel intelligibiles occultorũ: aut quia talia iuuant & disponunt aiam vt in seipsa videat & intelligat imagines occultorũ, manifestum est aut̄ q̄ nullo istorũ triũ modorũ aia hũana potest diuinare nec cognoscere naturaliter

occulta, De primo quidem modo sic patet: quia talia vt talia sunt in se non causant nec nata sunt primo causare: nisi propriam noticiã sui & cõmunem sibi & alijs, & hoc loquẽdo de prima noticiã rei apprehensiuã, s. & incõplexã, q̄ si causant noticiã alterius rei: talis noticiã non est prima & incõplexã: sed cõplexã & deductiua p̄ modũ cause vel effectus vel signi vel alicuius h̄mõ, q̄ nõ p̄tingit in proposito: q̄ nullũ predictorũ habet rōnem cause aut effectus respectu occultũ q̄ querit̄: vt est manifestũ, Nec secundus modus est possibilis: quia occultũ q̄ querit̄ nõ pot̄ nãliter loquẽdo relucere in armonijs musicalibus nec herbis nec lapidib⁹ nec quibuscũq̄ medicinis: cũ talia nõ sint susceptiua h̄mõ impressionũ sensibiliũ vel intelligibiliũ: vt est manifestũ, Nec pot̄ relucere in corporibus luminosis de quibus est magis rōnabile: quia tale occultũ quicq̄ nõ habet existentiã in re, vel si habet: est in tanta distantia situatũ & positũ q̄ non pot̄ quouis modo nãliter causare vel imprimere imaginem sensibilem sui in corpore luminoso, q̄ si tale occultũ nõ sit ens susceptibile & materiale h̄ intelligibile et imateriale: vt p̄stat de plurib⁹ occultis que querunt̄ ostendi a diuinatoꝝ: hoc est magis impossibile cũ corpora luminosa nõ sint susceptiua h̄mõ impressionũ intelligibiliũ, Preterea certũ & manifestũ est q̄ in corporibus & instrumentis luminosis neq̄ res sunt que querunt̄ ostendi a diuinatoꝝ: neq̄ res similitudines vel forme que videri videant̄, alioquin necesse esset vt ab aspicientibus oibus eque clare videntibus equalit̄ viderent̄: cũ talis visio fm̄ ipsos sit naturalis ex parte causarũ suarũ, claruit aut̄ multis experimentis: q̄ cũ decem vel septem pueri & virgines ad h̄mõ visiones applicant̄ vix vnus ex eis inuenit̄ qui videat rem cui⁹ reuelatio querit̄: videlz furtũ aut latronẽ aut aliqd̄ aliud de occultis, Ex quo patet falsum & impossibile esse q̄ Artesius magus de inspectione corporũ luminosoꝝ dixit & scripsit, dixit enim p̄ solã aque refulgentiam ex superpositione gladij elimati & tersi visionẽ oim occultorũ quẽcũq̄ inspectorẽ obtinere posse, Nec tercius etiã modus est possibilis: quia quicq̄ p̄ corpora luminosa & armonias musicales possint iuari & disponi virtutes organice sensitiue tam exteriores q̄ interiores: vt liberius aia sentiat imagines et intelligat: quia bona dispositio imaginatiue & fantasie iuuat intellectiuã, ex hoc tamen non sequitur q̄ anima in seipsam conuersa & reflexa videat tanq̄ in speculo terso & mundo imagines & similitudines occultorũ presentium preteritorum & futuroꝝ: cum probatur sit q̄ anima tales imagines non affert seclũ nec habet in se, & dato q̄ haberet per creatões tales imagines in se: vt Plato dixit: adhuc per eas nõ posset diuinare nec occulta cognoscere: quia tales species & imagines representant res in quadam vniuersalitate & abstractione a materia & conditionibus materialibus: a quibus occultum quod queritur non abstrahit: sed a diuinatoꝝ hoc queritur & petitur, Relinquitur ergo q̄ p̄ supradicta haberi nõ pot̄ occultorũ diuinatio & cognitio modis etiã supradictis, Ex quibus patet solutio ad rões p̄ opinione magorũ inductas de corporibus luminosis & armonijs musicalibus.

**De diuinatione occultorum que arte magica fiunt
in corporibus lucidis sit virtute demonum.**

Postquam demonstratum est efficaciter animam humanam nec per corpora lucida nec armonias musicales nec per quascunq; herbas vel medicinas habere vim naturaliter diuinandi occulta que a magis queruntur: restat ostendere per quid habet anima vim diuinandi et cognoscendi talia occulta: Ad quod dicimus secundum doctrinam sacre scripture et determinationem ecclesie: quod hoc habet anima a demone. Cuius ratio est: quia diuinationis diuinitatis quedam imitatio est secundum propria nomis rationem: licet visu strictissimo sola malignorum spirituum reuelatio diuinitatis nomine. neque enim beati illos ac sublimes spiritus diuinare dicimus: cum aliqua de secretis creatoris reuelat hominibus: sic nec prophetas sanctos diuinare vllus hominum dicit: sed magis prophetare: neque diuinos sed prophetas sancti vocare consueuerunt. contra autem et proprie diuini nominantur qui ex reuelatione malignorum spirituum secreta aliqua vel occulta loquuntur: et sic loqui proprie diuinare est. Medici autem qui interdum sanationes hominum et morbes predicunt ex peritia artis sue: quorum occulta alijs hominibus dicant nemo diuinare eos dicit: quia diuinare non ex arte vel artificio est: sed ex reuelatione. sic nec astronomos diuinos homines dicunt: quoniam non ex reuelatione sed ex arte et peritia astrologorum multa alijs hominibus occulta reuelant. sed cum per stellas de rebus particularibus et singulariter contingentibus ad vtrumlibet nulla certitudo vel scientia haberi possit: astronomi qui de talibus certitudinaliter et infallibiliter vera predicere promittunt: tanquam diuini habendi et nominandi sunt. Ariolos etiam et phanaticos et arepticios diuinos vocant antiquitas. et nostra etiam consuetudo sine cum furore siue alio modo diuinent hoc est ex reuelatione diabolica loquantur occulta. illos similiter diuinos nunc cupat: qui instrumenta aliqua luminosa adhibent in quibus inspiciantur occulta: sicut speculum et unguis puerilis: quibus omnibus additur unctio ex oleo ut augetur instrumentorum luciditas. addunt etiam diuinatores sortimata quedam siue adiurationes et obseruantias temporum et horarum tanquam virtute rerum huiusmodi fieret apparitio vel visio in instrumentis prenominationis: quod auxilio demonum fieri non est dubium. maligni enim spiritus imiscunt operationes suas operibus istis: vel ut noceant hominibus lesione visus eorum et inspectione luminosorum corporum que reuera noxia est oculis humanis ut dictum est. vel hoc faciunt demones ut assuefactione reuelationum et diuinationum pertrabant homines ad aliqua que sine periculo et offensa creatoris exerceri non possunt. Unde multi ex hominibus auaritate et nimio desiderio sciendi occulta in impietate cultus demonum. id est idolatriam lapsi sunt: et vsque hodie plabuntur: quod percul debet esse a quolibet christiano. Hoc sentire videtur beatus Augustinus. xii. super Genesim. ad litteram: quod tres modos et causas diuinandi ponens: quorum altero necesse est ut hoc fiat: premitte quod quidam volunt animam humanam habere vim

quandam diuinationis in seipsa. quam opinionem excludit per hoc: quia si anima in sua potestate hoc haberet: semper posset homo diuinare cum vellet: quod patet esse falsum. concludit ergo Augustinus: quod anima indigeat ad hoc ab aliquo extrinseco adiuari: non quidem a corpore sed a spiritu. Queritur autem ulterius: quomodo anima iungetur a spiritu ad aliqua videnda: ut scilicet in corpore sit aliquid ut inde quasi relaxetur et emittatur eius intentio: quo in idem veniat ubi in se ipsa videat: significantes similitudines que ibi iam erant nec videbantur: sicut multa habemus in memoria que non semper intuemur: an sunt illic que ante non fuerunt. et subdit tertium membrum: vel in aliquo spiritu sunt: quo illa erumpens et emergens ibi eas vidit. hoc autem tertium reputat Augustinus. impossibile anima enim humana secundum presentis vite statum non potest in tantum eleuari ut ipsam essentiam spirituales et incorporee substantie videat: quia in statu presentis vite non intelligimus absque santasmate: per quod cognoscere non possumus de aliqua spirituali substantia quid sit. multo autem minus potest inspicere species intelligibiles que sunt in mente spiritualis substantie: quia que sunt homines nemo nouit nisi spiritus hominis qui in ipso est. Et quicquid sit de intellectu ali cognitione anime humane: certum est quod imaginaria eius visio vel sensus nullo modo eleuari potest ad videndam incorpoream substantiam et species in eis existentes: que non sunt nisi intelligibiles. Secundum similiter dictorum trium modorum esse non potest secundum Augustinum: ut fiant scilicet de nouo in anima que ante non fuerant. non enim potest demon nec bonus angelus secundum Augustinum ibidem influere novas formas in materiam corpoream nec in sensum nec imaginatiorem in quibus nihil recipitur sine organo corporali. unde relinquitur primum membrum secundum Augustinum per quod fiat diuinationis: ut scilicet aliquid preexistat in corpore quod per quandam transmutationem localem spirituum et humorum reducitur ad principia sensuum organorum: ut sic videantur ab anima imaginaria vel sensuali visione. hec autem transmutatio localis spirituum et humorum fit quandoque ab angelo bono: ut in prophetiis et diuinis reuelationibus. quandoque a malo scilicet demone: ut in diuinationibus magorum et mathematicorum. quandoque a causa intrinseca naturali. unde ex transmutatione locali spirituum et humorum secundum nature operationem contingit aliqua secundum imaginatiorem vel sensum videri. dicit enim philosophus in libro de somno et vigilia: assignans causas apparitionis somniorum: quod cum anima dormiens descendente plurimo sanguine ad principium sensuum: simul descendunt motus siue impressiones relicte ex sensibilibus motionibus: que in spiritibus sensibilibus conseruantur. et mouent principium apprehensiuum: ita quod aliqua apparent ac si tunc principium sensuum a rebus exterioribus imutaretur. et hoc modo demones secundum intentionem Augustini in diuinationibus et reuelationibus occultorum imutant imaginatiuam et sensum: non solum dormientium sed etiam vigilantium. Sic igitur patet quod diuinationis et reuelationis occultorum que per artem magicam fiunt: auxilio demonum et non virtute naturali secundum Augustinum fieri dicuntur.

**Opinio aliorum magorum quod vis diuinandi et predicandi
occulta est ex astralitate celesti non ex pacto demonum.**

Sunt vero alij philosophi qui ad armonias et virtutes occultas celorum vim diuinandi et cognoscendi occulta reducunt. Quod qualiter intelligendum sit vnus magorum in libro de stellaris radijs hoc modo declarat: Quilibet inquit stella irradiat spherice influentiam suam vndequeq; orbiculariter diffundendo per totum vniuersum: cuius partes variatur secundum propinquitatem et distantiam ad agens; vel ad ipsum obiectum radios suos mittens vel secundum varietatem angulorum ab huiusmodi radijs supra passum constitutoz; nam radius perpendiculariter cadens fortior est radio oblique incidente. iste autem irradiationes et influentie sunt alterius speciei: secundum quod stella differt specificiter ab stella in virtute et claritate; vt Aristoteles scribit in libro de celo et mundo. tales autem radij stellari ex quo vndequeq; multiplicantur orbiculariter per totum vniuersum commiscuntur simul; ex quibus resultat armonia celestis; que continue variatur propter motum et applicationes varias; ex quarum variatione; vt dicunt resultant varie et diuerse combinationes: quarum aliquae sunt note vulgo quantum ad effectum; vt patet de motu solis et de accessu et recessu ipsius a nobis. Ex quo multa mutatio et variatio fit in sphaera generabilium et corruptibilium. vnde Aristoteles scribit in libro de generatione; quod per accessum et recessum solis in obliquo circulo; sunt generationes et corruptiones in his inferioribus. Alia est combinatio et armonia celestis nota superioribus. scilicet philosophis et astrologis; et ignota vulgo. Tercia vero combinatio et armonia est que se habet ad secundam sicut secunda ad primam. vnde sicut communes philosophi cognoscunt particulariter aliquas influentias et virtutes corporum celestium ultra vulgus; ita sunt alie influentie et virtutes magis occulte que non sunt note nec experite communiter philosophantibus; note vero sapientibus; id est magis et cabalisticis; quia secundum istos ars cabala circa istam combinationem terciam virtutum occultarum et influentiarum corporum celestium proprie versatur. ab hac armonia celesti et irradiationibus infunduntur vt dicunt hominibus a natiuitate virtutes prophetandi et diuinandi occulta; a quibus per vices et periodos proueniunt operationes mirabiles; eo quod ad huiusmodi nati sunt illi tanquam imperum habentes sine doctrina quidem ac disciplina seu instructione morali et hi quidem in talibus doctore non indigentes nec arte; de sublimioribus sunt gradu prophetarum. Sunt autem et alij qui proculdubio sicut et primi ex vltimis quarundam constellationum et armonie predicte ad hoc nati sunt; quod neque scientiam neque vite bonitatem habentes extranea quedam operantur et mira tanquam inter prophetas ac diuinantes monstra quedam existentes et portenta propter futura quedam indicanda seu portendenda; quemadmodum primo metaphysice scribit Aristoteles de quibusdam experimentatoribus qui sicut inanimatoz quedam faciunt quidem aliqua; scilicet extranea; non scientia autem faciunt ea que faciunt; vt ignis exurit; scientiam inquit actionis proprie

non habens; sicut nec adamas neque magnes; et hi nihilominus homini mirabilia faciendes et occulta predicentes ac diuinantes propter maiorem vniuersi perfectionem et varias hominum utilitates rationabiliter in rerum natura seu entium ordine locum habent. Alij vero sunt qui similiter ex astroz configuratione quadam et armonia sunt nati quodammodo potentes ad quasdam operationes magicas exequendas; quemadmodum et hi qui ad medicinam. hi autem ad edificatiua seu fabricilem aut statuificam et protractiuam; alij vero ad agriculturam aut militiam aut ad ceteras artes. sed potentiam homini per se perficere seu ad perfectum actum completere perducere nequeunt; quinimo requiritur ultra potentiam homini naturalem in quibusdam ars aut scientia necnon et vsus forsitan et exercitium seu assuetudine. et in hoc concordati sunt astroz sapientes; quod electiones quorundam operabilium seu ad quedam operabilia peragenda non proueniunt neque valent nisi potentibus ad hoc natis; eo quod aliter perducere nequeunt ad effectum. quod obrem tam in astrologia quam in quadam prestantissima parte magice documentum quoddam et regula est; potentem signatum operari non debere; nisi vel in die sui planete vel sub constellatione congrua. illi vero qui virtute celestis armonie potentes nati non sunt ad operationes homini; tales proculdubio frustra se ingerunt seu immiscunt; secundum quod omnia astrologorum concordans auctoritas testatur. vnde Ptolemaeus in quarto sui quadripartiti. c. v. scribit; quod si locum operatum obtineat luna a coniunctione cum saturno faciens cum mercurio in sagittario quidem et piscibus in mortuis diuinatores demum commotores facit; in virgine autem et scorpiione magos astrologos prenuclatores et prescientias habentes. in libra autem et arietem et leone raptos somniorum iudices et coniuratiuos. Magnitudinem autem huiusmodi operationum ex virtute astroz dominantium oportet accipere. et quemadmodum hec ita fore de mirabilibus operationibus huiusmodi aiunt; sic etiam diuinatiuas et prophetales anime passiones et corporis hinc prouenire et causari dicunt principaliter. Sic igitur isti erronei defensores magie naturalis asserunt et defendunt; quod propter diuinationem occultorum et miraculorum operum non oportet recurrere ad demonum pacta sed ad predictam armoniam et virtutes occultas astroz et planetaz.

**Quod predicta opinio de astralitate celesti est contra
veritatem fidei et contraria rationi naturali.**

Predicta autem opinio de stellaris radijs et armonia celesti propter subtilem et gratum imaginandi modum; magnam videtur habere probabilitatis apparentiam; cum in rei veritate sit fidei catholice et rationi contraria; diabolico instinctu seminata et introducta; ad inducendum simplices ad cultum et idolatriam corporum celestium et planetaz credentes in talibus aliquid numinis et diuinitatis esse. *Etiam potest sic argui. Et videtur primo quod*
l. iij.

id quod dicitur de stellaris radijs et de triplici illa combinatione et armonia celesti sit pura fictio et sine ratione adinuentum: quia preter influentiam generalem corporum celestium in hec inferiora nec ratio nec experientia philosophica nec astrologica conuincit tales irradiationes occultas et armonias quas magi fingunt: quia tales irradiationes et armonie celestes aut sunt cause totales et sufficientes homini effectuum qui contingunt in sphaera generabilium et corruptibilium: vel sunt cause partiales et insufficientes. hec propositio est manifesta cui libet philosophanti: quod enim dependet ab aliqua causa dependet ab ea vel totaliter vel partialiter. corpora autem celestia cause totales et sufficientes esse non possunt: quia cum necessario et naturaliter causent omnes effectus dependentes ab eis: necessario euenirent a corporibus celestibus: quod est contra fidem et experientiam. Preterea si tales irradiationes et armonie celestes tanquam cause totales et sufficientes concurrunt ad tales effectus mirabiles: sequeretur quod sine causis particularibus et uniuocis possent causari effectus omnes dependentes a predictis irradiationibus: quod videtur esse contra experientiam. videmus enim quod homo hominem generat: et asinus asinum et sic de similibus. Hanc rationem tangit Averrois contra Auicennam et Platonem de generatione animalium post diluuium. tenet enim Auicenna quod post diluuium uel per quod animalia perfecta destructa fuerunt: adhuc virtute stellarum et predictarum armoniarum possent homini animalia quantum ad species gigni et produci. Hoc idem sentire videtur Plato in thymeo dicens: quod deus creauit sementem deorum: id est virtutem seminalem producendi corpora omnium specierum et individuorum et tradidit stellis incorporandum et exequendum. unde Auicenna et Plato videntur reducere ad corpora celestia totalem causalitatem et virtutem causandi quemlibet effectum in sphaera generabilium et corruptibilium: quod si verum est: ratio predicta efficaciter concludit: quia non videtur naturaliter possibile quod homo et cetera animalia perfecta possint causari nisi ab agente uniuoco et ex semine virtualiter organizationem et perfectionem talium animalium continente: et cum hoc in loco ipsius conseruatio. scilicet in matrice. non stat ergo hominem vel equum virtute stellarum posse totaliter produci: ut Plato et Auicenna dicunt: quos defensor conclusionis imitatur. et per eandem rationem nec quicumque alius effectus ad cuius productionem requiritur agens uniuocum. Si dicatur quod predictae irradiationes et armonie celestes sunt cause partiales cum agentibus particularibus concurrentes ad productionem homini effectuum mirabilium. hoc stare non potest: quia cum causa particularis et immediata sit causa uniuoca respectu effectus producendi: necesse est quod sit talis formaliter qualis est effectus productus ab ea. et per hoc si ex astralitate celesti aliquis nascitur magus vel diuinator seu propheta: ut dicitur predicta opinio: causa particularis et uniuoca concurrens cum predicta armonia celesti erit talis formaliter. et ita magus non generabitur nisi a mago: et propheta nisi a propheta: et diuinator a diuinatore: quod est contra experientiam: cum videamus generans et genitum non communicare in predictis accidentibus individualibus. Si dicatur quod non oportet agens particulare esse tale formaliter qualis est effectus: sed sufficit quod sit

tale virtualiter. hoc est contra rationem agentis particularis et uniuoci: et contra opinionem predictam: quia cum effectus sit magis reducendus in causam proximam et immediatam: quam remotam et vlem: vis diuinandi occulta reducenda esset ad causas particulares et non predictas armonias celestes: quod ipsi negant. Secundo predicta opinio falsa et erronea multipliciter ostenditur: in hoc quod vim diuinandi et prophetandi prouenire dicitur hominibus ab astralitate celesti: quia futurorum predictio et diuinatio conuenit homini secundum partem intellectiuam que immaterialis et incorporea est secundum omnes recte philosophantes. corpora autem celestia cum omnibus suis irradiationibus et armonijs non possunt agere in animam intellectiuam nisi per modum obiecti: nec possunt quamcumque dispositionem in eam imprimere: nec materialem nec immaterialem: cum corpus non agat nisi in corpus. ergo ex virtute celestium corporum non consequitur homo vim diuinandi futura et cetera que ad partem intellectiuam pertinent. Item vis predicendi futura et diuinandi occulta pertinent necio ad habitum naturalem et innatum aut acquisitum: quia omne quod quis nouit aut naturaliter aut per doctrinam vel inuentionem propria nouit. manifestum est autem quod habitus naturales sunt a generante: cum simul incipiant cum ipsa re. pars autem intellectiuam secundum philosophos non causatur ab aliquibus principijs corporalibus sed est omnino ab extrinseco. scilicet deo. et vis predicendi futura et diuinandi occulta non causabitur a corporibus celestibus: sed a deo creante animam. Si dicatur quod vis predicendi futura sit habitus vel dispositio per doctrinam vel inuentionem acquisita: cum talis doctrina et disciplina causetur virtute luminis intellectus agentis: quod corporali virtuti non subijcitur: sequitur idem quod prius. Item omne quod recipit impressionem ab aliquo corpore oportet esse corpus vel virtutem corpoream: quia corpus actione propria et reali non agit nec mouet nisi corpus nec aliquid mouet nisi corpus: ut probatur. vi. phys. anima autem intellectiuam nec est corpus nec virtus in corpore. et vim diuinandi et predicendi futura non potest a corpore celesti accipere. Confirmatur ista ratio: quia que sunt omnino extra tempus et motum non possunt causari a corporibus celestibus que nihil possunt causare nisi per motum et transmutationem. ea vero que proueniunt homini secundum partem intellectiuam sunt omnino extra motum et tempus: ut Aristoteles probat. vii. phys. Cuius signum est: quia per quietem a motibus sit anima prudens et sciens: ut ibidem scribitur. et vim diuinandi et predicendi futura non habet homo ab astralitate et armonia celesti. his rationibus fidem faciunt que circa hoc sunt a philosophis dicta. antiqui enim philosophi naturales ut Democritus Empedocles posuerunt quod intellectus non differt a sensu: ut patet. iij. metaphys. et. iij. de anima. ad quod sequebatur quod intellectus sit quedam virtus corporea sequens corporum transmutationes. vnde dixerunt quod cum transmutatio corporum inferiorum sequatur transmutationes corporum superiorum: intellectualis etiam operatio sequatur celestium corporum motum: secundum illud Homerij. Talis est intellectus in dijs et hominibus terrenis: quale inducit per viros deorumque. scilicet sol vel magnus Iupiter: que summum deum dicebant: intelligeres per ipsum totum celum: ut Augustinus in libro de ciuitate dei scribit. hinc etiam processit stoicorum opinio: quod dicebant cognitiones intellectus causari ex his: quod imagines corporum nostris mentibus imprimuntur: sicut speculum quoddam: vel sic pagina recipit litteras l. iij.

impressas absq; hoc qd aliquid agat, fm quoz iniaz sequebat qd ex impressioe
corpoz celestium intellectuales notiones nobis imprimerent, vñ Stoici fue-
runt qui necessitate quadā fatali hoim vitam duci posuerūt; qd experientie ⁊
rōni contrariā, intellectus enim humanus componit ⁊ diuidit ⁊ suprema ad
infima comparat ⁊ simplices formas ⁊ vlla cognoscit; que in corporibus non
inueniuntur, ⁊ sic manifestū est qd intellectus non est recipiens tm imagines
corpoz; sed habet aliquā virtutem corporibus altiorcm, nam sensus exterior
qui solū imagines corpoz recipit ad predicta se nō extendit, ⁊ hinc est qd vis
diuinandi ⁊ predicandi futura nō pōt conuenire homini fm cognitiōez ⁊ vir-
tutem sensitiuā, ⁊ ideo oēs sequentes pbi intellectū a sensu discernentes; cām
nostre scie non aliquibus corporibus; s; rebus imaterialibus attribuerūt; sicut
Plato ydeis; Aristoteles aut intellectū agentī, Ex quibus omnibus est ac-
cipere; qd ponere corpora celestia esse causam hominibus diuinandi ⁊ predi-
candi futura vel habendi quācūq; artem vel sciam aut dispositiōem intel-
ctualem; vt astronomi ⁊ magi asserunt ⁊ scribūt; est psequens opinionē oīum
eoz qui ponebant intellectū a sensu non differre, quod non solum ptra fidem
sed contra veritatem pbi est; vt Aristoteles scribit in li. de aīa, Sciendum tñ
est qd l3 corpora celestia directe ⁊ per se non possint esse causa eoz que ad in-
tellectuam pertinent cognitiōem; quasi intellectū illuminādo ⁊ in ipm influ-
endo; aliqd tñ ad b operant indirecte; quia licz intellectus non sit virtus cor-
porca; tñ in nobis operatio intellectus compleri non pōt sine operatiōe virtu-
tum corporeaz; que sunt imaginatiua ⁊ vis memoratiua ⁊ cogitatiua, ⁊ hinc
est qd impeditis hāz virtutū operatiōibus propter aliquā indispositiōem cor-
poris impeditur opatio intellectus; sicut pty in freneticis ⁊ letargicis ⁊ alijs
hmōi, Et propter hoc etiā bonitas dispositiōis corporis humani facit aptum
ad bene intelligendū; inq̄tum predicte vires ex hoc fortiores existunt, vnde
in. ij. de anima scribitur; qd molles carne aptos bene mente videmus, Dispo-
sitiō aut corporis humani subiacet celestibus motibus, dicit enim Aug. in. v.
de ciui. dei; qd non vsq; quaq; absurde dici potest ad solas corpoz drñtias as-
fatus quosdā valere fidereos, ⁊ Bama. in. ij. h. scribit; qd alij ⁊ alij planete di-
uersas pplexiōes habitus ⁊ dispositiōes in nobis constituūt; ⁊ ideo indirecte
corpora celestia ad bonitatem intelligentie operātur, propter qd sicut medici
possunt indicare de bonitate intellectus ex corporis complexionē sicut ex dis-
positiōe ⁊ causa proxima; ita astrologus ex motibus celestibus ⁊ astralitate
sicut ex causa remota ⁊ vli talis dispositiōis, Et per hunc modū pōt verificari
quod Ptho. in centiloquio dicit; Cū fuerit inq̄t mercurius in natiuitate ali-
cuius in aliqua domoz saturni ⁊ ipse fortis in esse suo; dat bonitatem intelli-
gentie medullitus in rebus, quod ad corporis dispositiōem tm ⁊ non aie refe-
rendū est, Eisdem rōnibus ostendi potest qd corpora celestia non possunt esse
causa voluntatū ⁊ electionū humanaz; quia voluntas in rōne est; id est cogni-
tionem intellectiua in suis actibus ⁊ operatiōibus seqtur, Si ergo impossibile
est aīam humanam fm ea que ad intellectum pertinent dependere a motibus

corpoz celestium vt probatū est; eadem rōne voluntates ⁊ electiones humane
ab astralitate dependere nō possunt, Preterea inditū est homini naturaliter
vt in societate viuat; cū sit animal politicū ⁊ sociale per naturā, ordo aut diui-
ne prouidentie non aufert alicui quod est sibi naturale; sed magis puidet vni
cuiq; fm suam naturā, per ordinem ergo diuine prouidentie non est sic homo
ordinatus vt vita socialis tollatur; tolleretur aut si voluntates ⁊ electiōes hu-
mane ex impressionibus corpoz celestium puenirent; sicut naturales instinctus
alioz aialium, frustra enim darent leges ⁊ pcepta viuendi si homo suaz vo-
luntatū ⁊ electionū ⁊ operationū exteriorū dñs non esset, frustra etiā adhibe-
rent pene ⁊ ptemia bonis aut malis; ex quo nō est in nobis hec vel illa velle
aut eligere aut operari, his aut desipientibus statim socialis vita dissoluitur ⁊
corrūpitur; quod est contra experta ab omnibus hominibus, Sciendū tñ est
qd licz corpora celestia nō sunt directe causa voluntatū ⁊ electionū humanaz
quasi directe in voluntates hūanas ipzimentia; vt efficacit rōes inducte pbat;
indirecte tñ ex his aliqua occasio hūanis prestatur electionibus; fm qd habēt
impressiōem super corpora, quod contingit dupliciter, Uno quidem mō fm
qd impressiōes corpoz celestium in exteriora corpora sunt nobis causa alicuius
electionis; sicut cū per corpora celestia disponit aer ad frigus intensum; eligi-
mus caleferi ad ignem vel aliqua hmōi facere que congruūt tēpori, Alio mō
fm qd imprimunt in corpora nostra aliqua ad quoz imutatiōem insurgunt in
nobis aliqui motus passiois; vel per talium impressiōem efficiuntur habiles
ad aliquas passioes, sicut colerici sunt proni ad iram vel fm qd ex eoz ipressi-
one causatur in nobis aliqua dispositiō corporalis que est occasio alicuius ele-
ctionis; sicut nobis infirmantibus eligimus accipere medicinā, Interdū etiā
ex corporibus celestibus actus humani causantur; inq̄tum ex impressiōe cor-
poris aliqui efficiuntur dementes vsu rōnis pūnati; in quibus pprie electio nō
est; sed mouentur aliquo naturali instinctu sicut ⁊ bruta, manifestum est aut ⁊
experimento cognitū qd tales impressiōes celestes siue sint interiores siue sint
exteriores non sunt causa sufficiens ⁊ necessaria voluntatum ⁊ electionū hū-
manaz; cum homo per rōnem possit ei resistere vel obedire, sed plures sunt q
naturales impetus sequunt, ⁊ ppter hoc dicit Ptholo. in centiloquio; qd aīa
sapiens adiuuat opus stellaz; ⁊ qd nō poterit astrologus dare iudicia fm stel-
las nisi vim aīe ⁊ pplexiōem bene cognouerit, ⁊ qd astrologus non debz di-
cere rem specialiter sed vniuersaliter; quia scz in pluribus stellaz impressiōe forti-
tur effectū in eo qui non resistit inclinationi que ex corpore est; nō aut semper
in hoc vel in illo; qui forte per rōnem inclinationi naturali resistit, Ex quo p
vanitas mathematicoz nostri tps; qui pmittunt se posse predicere in speciali
per certitudinem non solum futuroz euentus qui a causis naturalibus ⁊ ne-
cessarijs; sed voluntarijs ⁊ liberis dependent; quoz quodlibet in particulari
⁊ distincte est impossibile per certitudinem predicere, Neq; qd aliqui volētes
defendere opinionem predictam de astralitate ⁊ causalitate celoz ad pdicta
rfident; qd corpora celestia non solum indirecte ⁊ per occasionem; sed directe

et de per se in intellectu et voluntate humana possunt imprimere, ponit enim
 corpora celestia esse aia, unde oportet quod cum motus celestis sit ab aia et sit
 motus corporis: quod sicut in quantum est motus corporis: habet virtutem transmu-
 tandi corpora: ita in quantum est ab anima habet virtutem imprimendi in aias nras
 dispositiones imateriales ad intelligendum et volendum, ad quod etiam redire videtur
 opinio Albumasar in primo sui introductorii: et plurius astrologorum: ut ex supra
 dictis patet. Sed autem ratio et defensio irrationalis multipliciter apparet. Primo: quia omnem
 effectum qui est per instrumentum aliquod ab efficiente procedens: oportet esse pro-
 portionatum instrumento sicut et agenti, non enim quolibet instrumento utimur
 ad quolibet effectum, et ideo illud non potest fieri per aliquod instrumentum ad quod
 nullo modo se extendit actio instrumenti, actio autem corporis nullo modo se ex-
 tendit ad imutationem intellectus et voluntatis nisi per accidens: in quantum ex
 his corpus imutatur: de quo non loquimur. motus ergo corporis celestis a
 quocumque sit siue ab aia siue ab intelligentia separata: non potest imprimere vel
 influere per se et directe in intellectum et voluntatem. Secundo: quia secundum Avicennam
 qui auctor est huiusmodi opinionis: intellectus agens est quedam substantia se-
 parata que agit in aias nras in quantum facit intellecta in potentia intellecta in
 actu, hoc autem fit per abstractionem a motu et materia secundum eos, et per consequens
 aia celi vel intelligentia separata per motum corporalem non agit nec imprimi di-
 recte et per se in aiam intellectivam. Patet igitur quod vis divinandi et predicendi
 futura et his similia de quibus vulgus miratur non convenit homini ab astralitate
 et armonia celestis: ut magi et mathematici opinantur: sed a malignis spiri-
 tibus: ut Augustinus et ceteri sancti dicunt.

**Opinio magistroz imaginum et sigilloz: quod mirifi-
 centia operum que a talibus fiunt: est per virtutem
 naturalem imaginum et sigillorum.**

Destructo magorum errore: qui omnem vim divinandi et predicendi fu-
 tura ad astralitatem et armoniam celestem reducunt: inquirendum restat
 ulterius: si corpora artificialia: ut figure imagines sigilla et caractere
 res fusi siue liquati aut quovis alio modo sculpti et fabricati ab astralitate et
 armonia celesti sortiantur virtutem faciendi miracula illa opera que vulgus mi-
 ras: quod certissimum et verissimum esse quidam magorum pluribus rationibus declarant
 et probant. Primo quidem ex intentione astrologorum: quia secundum Ptholomeum
 in centiloquio: vultus huius seculi subiecti sunt vultibus et configuracionibus
 celestibus, id est imaginibus que in sphaera generabilium et corruptibilium siue a natura
 siue ab arte fiunt: subiecte sunt et dependentiam habent a vultibus et imaginibus
 siderum: a quibus esse virtutem et operationem consequuntur. Hoc sentire videtur Ari-
 stoteles in i. meteororum dicens: quod necesse est mundum hunc inferiorem et propinquari-
 lationibus corporum celestium, propter quod sapientes imagines fabricantes pla-
 netarum introitum in celestem vultus observant et considerant, et tunc ad destructionem

et destructionem quod expedit operantur, et hinc est quod celestis scorpio non solum natu-
 ralibus dicitur scorpionibus: et serpens serpentibus: et sic de alijs speciebus rez
 naturalium: sed artificialis figura vel imago scorpionis celestis que fusa vel scul-
 pta vel alia figurata fuerit sub ascensione scorpionis celestis dicitur scorpionibus
 naturalibus: et hoc propter virtutem et splendorum celestem quem talis
 imago recipit a scorpiode celesti. Idem censendum est secundum istos de rebus alijs na-
 ralibus: cum quilibet res huius mundi inferioris sui obtineat sidus in mundo
 superiori. Secundo hoc idem ostendunt ex intentione Alberti magni in ii. li. mi-
 neralium: quia certum et manifestum est inquit Albertus figuras et imagines celorum
 primas esse: et ante omnem generatoz naturam et arte figuras et imagines. Quod autem
 primum est genere et ordine generantis: absque dubio causalitatem suam per modum
 cuius congruum omnibus influit sequentibus, habebit ergo figura et imago cele-
 stis causalitatem in omni figura et imagine generata a natura et arte: et eo ma-
 xime: quod ars resolvitur in principium nature: quia principium artis natura est secundum quod
 exiit a suo celesti principio: cuius principium est intellectus practicus: sicut idem
 intellectus est principium artis. Ex his autem de necessitate concluditur secundum Alber-
 tum: quod si observare ad celestem figuram imprimi figuram in materia per naturam
 vel artes: quod celestis figure aliqua vis influitur operi nature et artis, et inde est
 quod observare ad imagines celi precipiuntur fieri opera et exitus et introitus et
 incisio vestium et vestitura, hinc etiam est quod in scia geomantie figure punctorum ad
 imagines tales reduci precipiuntur: quia aliter non sunt utiles. Hac ergo indu-
 stria considerata inquit Albertus primi preceptores et professores physici Da-
 got, id est grecus et Germanus babilonicus et Hermes egiptius imprimis gemas et
 imagines metallicas ad imagines astroz observatis temporibus quoniam vis cele-
 stis fortissima ad imaginem eandem esse probatur: ut puta celestibus multis vir-
 tutibus admixta: sculpi precipiebant et mira per tales imagines operabatur,
 unde quemadmodum ab ipsis constellationibus observatis cum sanste et fortitate
 sunt: quedam supeminentie ipsis hominibus sub ipsis nascuntibus provenire videmus
 ut quod reges et principes prophete et sapientes sint ante alios: lapidibus quoque
 et gemis virtutes quasdam mirificas et divinas a predictis constellationibus pro-
 venire videmus: ut zaphirus virtutem habet naturalem curandi antracem ex-
 tinguentis ardores et reprimendi tumores, et ad hunc modum carbunculus et
 diamas ceterique lapides preciosi: sic figure et imagines anulorum et characteres vir-
 tutes his similes rationabiliter credendum est ab astralitate et armonia celesti ac-
 cepisse, unde quedam imagines et figure: ut narrat Albertus: habent virtutem pre-
 standi his pro quibus fiunt honores dignationes prelatioes artes eloquentiam
 innuincibilitatem temperantiam castitatem et gratiositatem apud homines. Ex
 eadem radice procedit: quod imago mulce sub certa constellatione sculpta habet
 virtutem fugandi omnes muscas a loco in quo talis imago est: et imago scor-
 pionis habet similiter virtutem fugandi omnes scorpiones a civitate et regione
 in qua sculpta est, eodem modo et imagines quorundam animalium habent virtutes con-
 gregandi, similiter quedam specula secundum ipsos habent virtutem liberandi quemcumque

captiuū vel carceratū. Imagines preterea et figure sigilla et characteres hnt
virtutem et efficaciam naturalem ab astralitate et armonia celesti inducendi sa-
nitatem et morbos grauissimos et infirmitates vsq; ad mortez inclusiue: quod
non solum in diuiduo sed patrie toti contingit: vt recitat Thebit de Fedice:
qui construxit imaginem regionem destruentem, hinc etiam procedit q; tales
imagines fise ac fabricate sub determinatis constellationibus causant odia et
amores et mirabiles passioes in appetitu sensitiuo vsq; ad mentis alienatioez
Ligant preterea tales imagines et figure corpora naturalia ne suas pprias
et naturales exerceant operationes: vt q; ignis ad combustibile applicatus
ardere no possit nec extinctus reaccendit; neq; latrones in aliqua regione fu-
rari nec fornicari; nec mercatores vendere nec emere; nec molédina quacūq;
vi ventoz aut aque molere: nec a puteis aut fontibus aqua hauriri qn vasa
aquaria q̄stuncunq; fortia frangantur; nec fulgura nec tempestates similiter
in aliquibus locis nocere: nec naues vlla vi ventoz a portu egradi. Unde
Sullus Parisien in de vniuerso narrat de vectanabo mago: quod hostes su-
os et naues ipsoz periclitari faciebat in mari et in alijs aquis: ex eo q; imagi-
nes nauis hostiu suoz cereas faciebat, et eo mo et artificio: vt cu ipse imagies
mergebatur submergerentur et naues hostiu. Tercio hoc idem probat ex inten-
tione medicoz: q; predictis figuris imaginibus sigillis et characteribus in opi-
bus suis empiricis vtunt, quod no esset nisi tales figure et imagines ab astra-
litate et armonia celesti virtutes mirificas et diuinas reciperent, vnde Petr^o
de Albano consiliator et medicus prestantissimus d̄ra. lxxij. contra theologos
qui mirifica opa predictaz imaginū et figuraz ad malignitatem spirituu. i. demo-
nu reducūt: scribit et tenet: q; materia stellis proportionali suscepta et liquata
sic aut aliter vt consonus est illis et pro quo fit figurata tempore conuenienti-
lux celestis que intelligentiaz est velut instrumentū motu et radijs in hac dis-
posita imprimatur materiā: vt virtus quedam decidatur intēcionaliter seu spi-
ritualiter vim estimatiuam illius pro quo agitur primitus imitari: quia alijs
spiritalior est virtutum allegataz, hmoi tunc intentio sic lumine stellaz cum
intelligentijs suscitatur: vt q; intentionale existit: sibi proportionabilius am-
plius imutetur ad amorem vel ad odium incitando, vnde hmoi operatur de no-
cte plus q; die: ne virtute solis radij alioz corporoz celestiu obtenebrentur et
dissoluantur, conant etiā radios directe sup id quod funditur facere p̄cidere:
et q; simplices magis alijs cōsequant effectū fortassis euenit quia firmitus in
his credunt, et ideo in his magis possunt estimatiuas illoz pro quibus talia
sunt alterare et imutare, concludit igitur Consiliator q; quicqd homini natu-
raliter euenit opus est materia disposita et eius coastralitate quocunq; modo
conferre: iuuari tñ arte, fm nāq; Ptholo. aia sapiēs opus adiuuat stellaz
vt seminatioz fortitudines naturales, vnde d̄ra. Crij. narrat de seipso: q; ima-
go fabricata capite cū ioue in medio ente celi et luna eunte ad ipm cōtulit sibi
plurimū ad sciam, quod reges inquit grecoz cum volebant aliquid suis peti-
tionibus exaudiri obseruabant, d̄ra. i. preterea, x. expertum se dicit figuram

leonis auro impressam certa sub dispositione celi auferre dolorem renū. Hoc
sentire videtur Plinius. li. xxij. naturalis historie: Si cū lacerta inquit viridi
et excecata in vitro vase includatur anulus aureus vel ferreus tantū lacerta
visum recipiet: et anulus contra lipitudinem oculoꝝ maxime confert. Quar-
to hoc idem probatur ex intentione beati Tho. li. iij. cōtra gentiles. c. Cv. qui
reprobata opione magoz de characteribus figuris et vocibus quibus in opi-
bus magicis vtuntur: cōcludit per hec verba: Quia vo figure in artificialibus
sunt quasi forme specificę: potest aliquis dicere: q; nihil prohibet quin consti-
tutiōem figure que dat speciem imagini consequat aliqua virtus ex influētia
celesti: non fm q; figura est: sed fm q; causat sp̄m artificiatū quod adipiscitur
virtutē ex stellis, sed de litteris quibus scribitur aliquid in imagine vel alijs
characteribus nihil aliud potest dici q; q; signa sint, vnde non habent ordinē
nisi ad intellectū, quod etiā ostenditur per sacrificia prostratiōes et alia hmoi
quibus malefici vtuntur: que non possunt esse nisi signa reuerentie exhibita ali-
cui intellectuali nature. Ex quibus verbis patet fm b̄m Tho. q; figure et ima-
gines sortuntur ex astralitate et armonia celesti virtutes naturales mirificas
et diuinas, vnde quidam modernus theologus Hispanus: in libro quem scrip-
psit de cathenaz virtutibus beati Petri: credens predictam opinionem esse
beati Thome probabiliter defendit fabricationem et vsum imaginum et sigil-
loꝝ esse licitum et non prohibitum, dicit enim q; aliter faciunt magi figuras et
anulos: aliter astronomi atq; alie medici. De characteribus vo et lris alia est
rō fm Tho. magi aut quia faciūt imagines et sigilla per pacta cū demonibus
intra aperta vel occulta: illicita et prohibita sunt, imagines vo et sigilla que ab
astronomis obseruata figura celesti fiunt: si nihil superstitiōis imisceat a fide-
ribus virtutem accipiūt et in vsum licitū accipi possunt, imagines vo et sigilla
que a medicis cū herbarū succis vel certis quibusdā rebus sunt inspecta ima-
gine celi: si nihil superstitionis misceat in eoz constitutione et applicatiōe vir-
tutem naturalem ab astris recipiunt et in vsum licitū sine preiudicio xp̄iane re-
ligionis accipi possunt. Hanc opinionē tenet et defendit defensor p̄dicte p̄clu-
siois, dicit enī q; necesse est p̄fiteri ex principijs phie plus posse characteres
et figuras in ope magico: q; possit q̄cunq; qualitas mālis, q; talī rōne in suo
apologetico probat: quia vt pithagorici dicunt: sicut mathematica sunt for-
maliora p̄physicis: ita etia actualiora, et sicut in suo esse minus dependent: ita
etiam in suo operari, vnū enim quodq; sicut se habet ad esse: ita ad intelligi et
operari. Et sic fm pithagoricos characteres et figure habent ex se actiuitatez
naturalem et in agendo et patiēdo et in modo agendi et patiēdi. Notandū
tñ q; magistri hmoi imaginū et anuloꝝ aliqui opinant: q; tales imagines fise
vel sculpte hmoi virtutes mirificas et diuinas no recipiūt ab astralitate et ar-
monia celesti: nisi mediantibus quibusdā consecratiōibus fumigatiōibus et be-
nedictionibus: quibus in fabricatione ipsaz vtunt, Si enim vt inquit forme
cereę que vtiq; similitudinem habent agnoz hanc virtutem celestē et diuinā
accipiunt per benedictiōem Romani pontificis: vt fulgura arceant et p̄pescāt

ne ledant eos qui illas detulerint, si campane que vtiq; nec formā hñt aiales
vll i: similem virtutem in consecratōe sua seu benedictōe recipiūt: vt tempe-
states et fulgura nihil ledere possint in regiōibus qbus sonitus ear; eo tpe au-
ditus fuerit, si sal et aqua per exorcismos et benedictōem virtutem effugandi
et abiciendi demones recipiūt, si cerei qui benedicunt in festo purificationis
beate virginis virtutē arcendi fulgura ex benedictōe illa suscipiūt, que virtu-
tes oēs celestes et diuine esse dubitari nō pōt: verisimile apparet vt dicūt isti
magistri imaginū: q; imaginibus et sigillis mediātibus p̄dictis cōsecratōibus
ab astralitate et armonia celesti virtutes celestes et diuine darentur. Alijs autē
magistris imaginū videtur magis probabile et rōnabile: q; sine talibus benedi-
ctōibus et consecratōibus imagines se sub tali constellatiōe vel astralitate
recipiant naturaliter p̄dictas virtutes, et quēadmodū res naturales debito
modo approximate sine quibuscunq; verbis suas complent actiones natura-
les: sic suo modo p̄dicte imagines et figure sigilla et cbaracteres per artem
applicati. Sic ergo patet opinio magoz de imaginibus figuris sigillis et cba-
racteribus.

Quod opinio de virtute imaginū et sigilloz est suspecta
de idolatria gentiliū et contraria pbie p̄ncipijs.

Quāns p̄dicta opinio de imaginibus et cbaracteribus magnā vi-
deatur habere probabilitatis rōnem, tum propter motiua et ratiōes
inductas, tum propter defensores quos habet magne auctis viros:
a nullo tñ catholico debet teneri neq; defendi propter duo. Primo quia su-
specta de superstitiōe et idolatria gentiliū. Secūdo: quia contraria pbie p̄nci-
pijs. Prīmū sic ostendo: Constat enim q; p̄dicta opinio ortū habet a pbia
Egiptioz et Chaldeoz: a quibus idolatrie impietas ois et supstitiō emanauit,
pbī nāq; egiptij et chaldei vnicuiq; celoz spūs p̄prios p̄sidere et ministrare
opinati sunt: quoz ministeria iuxta distinctionem circuli signoz qui zodiacus
grece vocat̄ distingerunt, vñ quidā eoz p̄sidebāt p̄ime triplicitati eozūde;
signoz: quidā secūde; alij t̄o tercię, et eodez mō de circulis alioz planetaz di-
cendū est, posuerūt insup p̄prios spūs qui p̄cessent terre et mari et igni et ce-
teris elementis et rebus alijs oibus. Itaq; fm egiptioz pbiam oia erāt plena
dijs: iuxta quoz p̄prietates imposuerūt noia eis: que skripturis imaginibus
figuris et instrumentis l̄ris et cbaracteribus descripserūt: quibus in inuocatio-
nibus hmōi spiritus utebant̄: prout credebāt congruere operibus suis, verbū
gr̄a: cū intendebant operari in rebus pertinentibus ad saturnū: inuocabāt per
noia sua vel etiā p̄ imagines saturni p̄dictos spūs quos credebāt p̄sidere
circulo saturni siue celo eius, et cum volebāt operari in rebus ad venerē per-
tinentibus inuocabant spūs quos credebant p̄sidere circulo veneris, et ad
hunc modū de alijs. Tñ Thos magus in libello detestabili quem scripsit de
statiōibus ad cultū veneris promittit culturā exerceantibus: q; venus mittet

septem angelos obedientes vniuersis beneplacitis eoz et iussis, hoc idē sen-
tit de saturno: videlicet q; spiritum de celo suo mitteret in ortu suo: qui loque-
retur in imagine erca tunc fusa: vt refert Guillus Parisiēsi, que oia manife-
stissimū idolatrie continent errorem, contra quos Paulus Ap̄stolus, i. ad Co-
rinth, xiiij, scribit idolū nihil esse, eodē mō faciebāt operari volentes in rebus
ignis et in rebus maris et in rebus terre, sicut legi et docetur in libris septem
planctaz: quos demones fm Guillum Parisiēsi, in libro de legibus sub no-
minibus perditoz hoim scripserūt. Et quo patz q; ars fabricandaz imaginū
et sigilloz sub astralitate celesti peruenit primū ad nos ex reuelationibus de-
monū. Et hac igitur pbia processit opinio Mercurij egiptij: q; deos ficticios
humana arte fieri posse credidit: cū a spiritibus, i. celestibus vel stellis et celis
ac luminibus splendor quidam deitatis et virtus numinis infundebat̄ seu im-
primebat̄ imaginibus suis vel fabricatis, iuxta obseruatōes magoz sub certis
horis et cōstellatiōibus: quibus idolis et imaginibus subfumigia siue subfumi-
gationes verbaq; et decantatiōes: ac si veri dij essent fictici: p̄dictus Mer-
curius egiptius constituit, vnde in libro quem scripsit de Ellera: hoc est deo
deoz ad Esclepiū discipulū eius sic rīdet: Proauū nostrū inuenerūt artē qua
deos efficerent: cui adiungerūt de mundi natura puenientem materiā: eamq;
miscentes: qm̄ aias facere nō poterāt: euocantes aias deoz vel angeloz eas
indiderunt imaginibus sanctis diuinisq; mysterijs: per quas idola et benefaci-
endi et malefaciendi virtutes hēre potuissent, et infra, o Esclepi, de lapidibus
et aromatibus vim deitatis naturalem in se habent, et propter hāc causam sa-
crificijs frequentibus oblectantur hymnis et laudibus et dulcissimis sonis in
modū celestis armonie cōcinentibus. Et quibus manifestū est p̄dictos p̄hos
dei honorem et gloriā et virtutem transfuisse in hmōi imagines et idola, nec
solum in imagines: sed in stellas ipsas et luminaria, nec in ipsa solum: sed etiā
in figuras quas dā: quaz alias sigilla planetaz alias cbaracteres alias imagi-
nes vocant, que omnia manifestū est ad superstitiōem et impietatem idolatrie
pertinere. Et hac igitur radice processit fm Guillum Parisiēsi, idolatria de-
monū stellaz luminū elementoz imaginū figuraz verboz nominū tempoz et
partiū eius: horaz videlicet et quattuor partiū anni: initiōz et initialiū rez inue-
ntiōz et inuentiaz rez: que oia perditū hoies colebant et vt deos venerabant
falso credentes in talibus aliquid numinis seu diuinitatis esse, sicut legi Sa-
pientie, xiiij, ignem aut spūm aut citatū aerem aut girū stellaz aut nimā aquā
aut solem aut lunā rectores orbis terraz deos putauerūt. Itz igit q; opinio
magistroz imaginū de figuris imaginibus et sigillis liquandis et fabricandis
sub certis cōstellatiōibus planetaz ortū habet ab idolatria et supstitiōe egiptioz
et chaldeoz: propter quod xp̄iana religio tanq; supstitiōsam et illicitam dānat
et prohibet. Secundo p̄dicta opinio est cōtraria pbie p̄ncipijs: quod mul-
tipliciter ostenditur. Primo q̄stum ad hoc q; dicit p̄dictas figuras et imagines
ab astralitate recipere virtutes celestes et diuinas non elementales neq; mi-
xtas: quia cū p̄dicta virtus sit accidens ab extrinseco totaliter proueniens

fm magistros imaginū: necesse est q̄ imago vel figura recipiat talem virtutes celestem ⁊ diuinā vel ex parte materie in qua est vel ex parte forme imaginis sc̄z figuratiōis vel lineatiōis: vel ex parte amboꝝ simul, q̄ si a parte materie videlicet metalli vel ligni vel cere vel cuiuscunq̄ rei naturalis: consequitur necessario q̄ in omni materia eiusdem rōnis eidem planete applicata talis virtus recipiat: quia q̄ cōuenit alicui inq̄tum tale: cuiuslibet eiusdem rōnis cōuenit, si ergo materia cupri inq̄tum cuprum est rō recipiendi talem virtutem celestem ⁊ diuinā: cuprū omne recipiet vbicūq̄ sit sub eodem aspectu saturni vel alterius planete, ⁊ sic de quacūq̄ materia figurabili: ⁊ tunc frustra ⁊ sine necessitate talis materia figurat, vnde si figuratio fiat ad superstitionem pertinere videt. Si v̄o h̄mōi virtus celestis ⁊ diuina recipiat in figura: vel imagine ex parte figure: puta lineatiōis vel protractiōis artificialiter facte (quia de talibus figuris nunc loq̄mur) idem sequit̄ incōueniens: quia cū talis figura in differenter possit fabricari in quacūq̄ materia naturali figurabili: omnis materia sub figura eiusdem rōnis consimilē virtutem posset recipere a corporib⁹ celestibus, ⁊ sic quodlibet corpus naturale ⁊ q̄libz artificiale et ois domus quadrata vel quolibz alio mō angulata posset recipere talem virtutē celestem q̄ est ridiculū. Et p̄ eandem rōnem quelibet figura mathematica angularis sc̄z vel pentagona vel circularis cōsimilem virtutem celestem ⁊ diuinā posset recipere: non solū descripta in materia naturali: sed etiā cōsiderata ⁊ existens in se: vt de pentagono Salomonis a superstitionis credit. Si v̄o dicat q̄ predicta virtus celestis non recipit in predictis figuris et imaginibus rōne materie tm̄ nec rōne forme tm̄: sed rōne vtriusq̄ simul: vt videtur dicere sanctus Tho. li. iij. contra gentiles. dicit enim q̄ figure in artificialibus sunt quasi forme specificæ, ⁊ ideo nihil prohibet quin constitutiōem figure que dat speciem imaginis consequat̄ aliqua virtus ex influētia celesti: q̄ nō p̄tingit de litteris ⁊ characteribus que inscribunt̄ in imagine vel quacūq̄ alia materia. Vult ḡ dicere b̄tus Tho. q̄ materia naturalis que est habitura virtutem celestem p̄ figuratiōem celesti coaptat̄ imagini: vt neq̄ virt⁹ celestis sit figure fm̄ se neq̄ materie figurande: sed materie figurate: fm̄ q̄ inspecta imagine celi p̄stituitur sub tali figura. Contra hoc arguitur: quia entia per accidens nihil conuenit de per se nisi rōne suarū partiū. cū igitur figure ⁊ imagines artificiales nō sint entia de per se h̄ de per accidens: vt cois fateat̄ p̄bia: sequeret̄ q̄ si figura vel imago nō recipit talem virtutē celestem ex pte materie nec ex pte forme: q̄ nō recipiat ex parte vtriusq̄ simul: cū tales partes nō p̄stituant aliquod vnū terciū de per se: rōne cuius aliqd̄ p̄t puenire toti quod nō parti. Preterea figura nō causat speciem artificiati nisi sub rōne figure. sed figura fm̄ Tho. inq̄tum figura non est rō recipiendi predictā virtutem. ergo nec inq̄tum causat sp̄m artificiati. Preterea: sicut figura constituit sp̄m artificiati in imaginibus ⁊ statuis sic in litteris et characteribus. q̄libet eniz illoꝝ est figuratū. si ergo figura nō vt figura sed vt constituit speciem artificiati est rō recipiendi virtutes celestes necessario sequitur q̄ characteres ⁊ l̄re habebūt predictas virtutes celestes

⁊ diuinas: quod ipsi negant. Si dicat q̄ non quelibet figura est rō recipiendi tales virtutes celestes: sed ea tm̄ que appropriatur corporibus celestibus vel que assimilat ⁊ conformat materiam naturalem imaginibus celestibus: iuxta illud P̄tholomei: Vultus hui⁹ seculi sunt subiecti vultibus ⁊ imaginibus celestibus. talis autem assimilatio et conformitas non inuenitur in characteribus et litteris: ideo characteres et littere non possunt recipere a corporibus celestibus aliam virtutem naturalem preter eam quam habent ex parte materie naturalis. Contra hoc arguitur: quia nullum patiens ordinatur ad suscipiendas impressiones agentis nisi per hoc quod est in potentia quodammodo naturali. figura autem artificialis q̄tuncunq̄ assimilet ⁊ configuret corpora inferiora superioribus: non disponit materiam vt sit in potentia ad aliquā formā: quia figura abstrahit fm̄ suā rōnem ab omni materia ⁊ forma sensibili: cū sit quoddā mathematicū. ⁊ si hoc verū est in figuris corporū naturalium: verissimū erit rōnabiliter in figuris corporū artificialium. non ergo per figuras sine naturales siue artificiales determinat̄ aliqd̄ corpus ad suscipiendā aliquā influentiā celestem ⁊ diuinā. Preterea corpora in quibus sunt impressæ h̄mōi figure ⁊ imagines sunt eiusdem habitatis ad recipiendū virtutem celestem cum alijs corporibus eiusdem speciei. q̄ aut̄ aliqd̄ agat in vnū eoz̄ que sunt equaliter disposita propter aliquid sibi appropriatū ibi inuentum ⁊ nō in aliud: nō est operantis per necessitatem nature: quod vniuersim̄ agit in passa eiusdem rōnis. Relinquitur igitur q̄ figure qualitercūq̄ considerentur non determinat̄ neq̄ disponit materiā ad recipiendū predictas virtutes celestes et diuinas. Preterea si celestes imagines prestent sic factis imaginibus ⁊ figuris prenomatas virtutes: quia imagines rerum sunt: rationabilius videtur q̄ imagines naturales tanq̄ p̄p̄inquoꝝ ⁊ similioꝝ ordine nature imaginibus celestibus recipiant predictas virtutes ab imaginibus celestibus. verbi gratia: si super imaginem scorpionis mortuam: vtpote eream vel auream vel ex alio metallo arte factam descendit virtus congregatiua scorpionum vel diffugatiua eozum aut virtus inductiua sanitarum vel morboꝝ: fm̄ q̄ dicunt magistri imaginum: cum scorpio viuus ⁊ naturalis sit propinquoꝝ ordine nature ⁊ similioꝝ scorpioni celesti: videtur magis rationale: q̄ huiusmodi virtus descendat super scorpionem viuum: ⁊ sic de ceteris rebus naturalibus correspondentibus imaginibus celestibus: quod non est exp̄tū. Dicere autem q̄ materia metallica lapidum ⁊ gemmarum per artem figurata sit magis apta ⁊ idonea ad recipiendum predictas virtutes celestes: est volūtarie sine rōne dictū: ad defendendū superstitiones imaginū: que ad questū magoꝝ astronomoꝝ ⁊ medicoꝝ p̄tinere videt. Preterea figura inq̄tum causat sp̄m artificiati dep̄det ab arte ⁊ nō a nā. Id aut̄ q̄ dep̄det ab arte nō p̄t esse rō recipiendi aliqd̄ a nā. Cui⁹ rō est: q̄ ars possit iuuare naturā applicādo actiua passiuis ad quā applicationem sequunt̄ effectus naturales nō quidē ab arte h̄ a natura. nulla tamen ars nec intellectus creatus potest dare alicui ratiōem agendū

vel patiendi: quia ratio agendi et patiendi necesse est quod sit quid absolutum: et non respectiuum, ars autem et intellectus practicus non possunt imprimere directe et per se entitates aliquam absolutam in rebus naturalibus: ut omnes probati philosophi dicunt: sed solam compositionem et ordinem partium: quod per subtractionem vel juxtapositionem vel motum alium localem fit, unde figura super res naturales non addit nisi ordinem et situm partium, talis autem ordo et compositio cum sit respectus non potest esse ratio cuiusque rei naturalis recipiendi a corporibus celestibus tales virtutes mirificas et diuinas: quales magistri imaginum fingunt. Secundo predicta opinio est contraria philosophie principijs quod ad hoc quod dicit predictas imagines prestare hominibus bona intrinseca anime: ut scientias et virtutes: quia nullum corpus nec virtus existens in corpore potest causare per se et directe dispositiones quasque spirituales in animas nostras: ut scientiam sapientiam et his similia: ut ex supradictis patet. Manifestum est autem quod figure et imagines fusa vel sculpte corpora quedam sunt naturalia et artificialia: omnis denique virtus earum ab intrinseco sine ab astralitate causata virtus corpora et in corpore est: non excedens naturam propriam subiecti: nec actu nec potentia tales imagines habent scientiam aut quamcumque dispositionem spirituales. Irrationabile ergo videtur quod his pro quibus tales imagines fiunt vel qui eas apponant: prestet scientiam aut eloquentiam et cetera intrinseca bona anime, nec videtur rationabile quod imago mortua et omnino inapprehensibilis et immobilis moueat viuentem ad aliquam predictarum dispositionum, et maxime ad amorem vel odium et alias animi passiones: ut magistri imaginum dicunt. Quod si dixerint quod imago regis omnino mortua: ut pote vel cerea vel plumbea vel aurea mouet imagines viuentes: id est homines et inclinatur voluntates eorum ad faciendam voluntatem regiam: et hoc facit virtute imaginis viue que est rex, sic imagines huiusmodi quia imagines sunt imaginum celestium: que utique viue sunt: ut ipsi ponunt: virtute illarum scilicet celestium faciunt omnia hec: et multo maiora facere possent: si materia hec inferior esset capax et disposita, et hoc est quod dicit Plotinomeus in centiloquio: quod imagines terrestres subiecte sunt celestibus imaginibus et eis obediunt. Hec responsio non est ad propositum: nec soluit argumentum. Ad propositum quidem non: quia nos loquimur de causalitate imaginum naturalium et reali: non autem intentionali et obiectiva: de qua loquitur philosophus in primo, certum est enim et manifestum quod imagines vel quecumque corpora virtute propria et naturali non possunt causare dispositiones spirituales et imateriales per se et directe in animam nostram: ut supradicta ratio efficaciter concludit. Imagines preterea quibus inapprehensibile et cognite per modum obiecti possint causare motus spirituales et cognitivos ipsarum et aliarum rerum quas sunt imagines: prestare tamen non possunt animabus nostris scientiam et sapientiam et cetera bona intrinseca anime. Secundo predicta responsio non soluit argumentum: quoniam imagines regalium sigillorum: nisi inapprehensibile sint neminem mouent: nisi motus

inapprehensibilis, nec ad voluntatem regiam faciendam: nisi ipsa voluntas regia vel scriptura cui appensa sit imago regia: vel modo aliquo alio innotescat, imagines vero et figure que sunt istos talia bona spiritualia prestare: nec inapprehensibile nec cognite: sed omnino inapprehensibile et occulte talia bona spiritualia prestare. Tercio predicta opinio est contraria philosophie principijs: quod ad hoc quod dicit figuras et imagines prestare hominibus extrinseca bona fortune et anime: ut principatus et honores et his similia: quia manifestum est quod dignitates et honores et potentie seculares et ecclesiastice: aut hereditario iure aut largitione maiorum proueniunt: aut etiam electione multitudinis. Si ergo imago aliqua sculpta vel fusa vel descripta prestaret honorem vel dignitatem que aliqua predictarum causarum alicui de iure competit: posset quis per artem imaginum auferre hereditarium honorem, et ad hunc modum de alijs que quisque iustissime possidet: et pro libito sue voluntatis preferre seu perficere rebus humanis nequissimos ac peruersissimos homines: et sic necesse est per artem imaginum turbare res omnes humanas: ac omnia iura subverti: quod est intolerabilis error. Item quod aliquis non obtineat dignitatem per electionem: aut erit per impedimentum electionis: aut per aliquem alium defectum aut impedimentum, non videtur autem rationabile quod imago aliqua sub astralitate fusa et sculpta recipiat virtutem mouendi corda hominum: vel ad concordiam vel discordiam: vel flectendi iudices ad iniquitatem: vel procurandi et inducendi mortes hominum, sunt enim hoc nihil esset in potestate hominum positum vel voluntate: cum tota potestas hominum omniumque voluntates subdite essent hominum imaginibus ut contra eas omnino nihil posset humana voluntas, et sic periret libertas arbitrii et humanum consilium et redditio premiorum et penarum pro actibus bonis et malis. Item ars fabricandarum imaginum apud Egyptios Chaldeos et Arabes maxime viguit: si ergo tales imagines possint prestare imperia principatus et regna et inuincibilitatem et cetera his similia: sequitur Egyptios Chaldeos et Arabes abique viribus et armis totum mundum subuertisse: et inimicos suos per ligationes atque prestigia imaginum exterminasse, quod non legitur factum fuisse: immo cum igne et gladio omnium genere bellandi contra hostes pugnasse. Preterea data ista opinione de imaginibus sequitur de necessitate quod omnia regna terrarum omnis dominatio et omnis principatus terrenus esset in potestate unius modici hominis magi: cum per artem faciendi tales imagines posset omnia hec auferre et conferre quibus ei placeret, et quod est apertioris insanie elementis et animabus tam hominum quam aliorum animalium: et toti nature imperare et dominari: quod est contra rationem et experientiam. Preterea sunt duo magi ambientes unum et eundem principatum vel imperium: et quilibet eorum fabricet imaginem pro obtinendo principatu et imperio: casus est possibilis, aut ergo quilibet obtinebit totum principatum: quod non est possibile, vel neuter: et ita ars faciendarum imaginum est falsa et mendosa, vel uterque obtinebit partem: et iterum mentitur ars que faciebat imaginem pro obtinendo totum principatum. Eodem modo dicendum est de imagine

m. q.

pro obtinenda victoria. Unde in talibus imaginibus fabricandis pro aliqua re obtinenda: advertere debet magistri imaginum; ne aliquis eis contra opere tur: aliter tales imagines nullius eent efficacie neq; virtutis. Quarto et ultimo predicta opinio est contraria philosophie principijs q̄tum ad hoc q̄ dicitur de ligaturis virtutum naturalium: quia ligare virtutes agentium naturalium ad invicem approximatorum: Tertio gratia: q̄ combustibile in medio ignis non comburatur: q̄ aqua profluens inveniens non fluat: et sic de ceteris ligaturis causarum naturalium: inter opera miraculosa computatur: cum superet facultatem nature create. Manifestum est autem q̄ nulla creatura q̄tum cumq; nobilis potest facere miracula: ut infra patebit. ergo imagines et figure artificiales ligare non possunt virtutes causarum naturalium: nec suspendere eas ab actibus proprijs. Preterea non est possibile finem naturam q̄ ab uno agente vel patiente aliud agat vel patiat loco et subiecto distinctum: et maxime actione vel passione eiusdem rei: nisi per aliquam ligaturam et convenientiam inter illa: ut patet de anima et corpore: que propter unionem et identitatem suppositi humani patiente corpore patitur et anima: et e converso. Hoc etiam patet de duobus amantibus inter quos est adeo fortis ligatura amoris: ut interdum quod patitur alter eorum: pati velit et reliquus. sed unitas amoris vel quecumq; alia coniunctio amantium efficere non potest q̄ si unus mergatur alter mergatur: vel si unus priuatur actione propria alter priuatur. hoc enim videtur esse contra nature ordinem. cum ergo inter imaginem et imaginatum nulla sit ligatura vel habitudo nisi representantis ad representatum: non videtur rationabile q̄ si imago alicuius patiat vel agat: q̄ imaginatum agat vel patiat. Preterea tales imagines et figure non operantur per intellectum et voluntatem: cum nihil horum habeant: sed operantur per virtutem corporalem per modum nature operationes autem corporales per modum nature sunt per contactum aut mediatum vel immediatum secundum philosophie principia. huiusmodi autem imagines manifestum est q̄ non agunt in terram vel in locum quo sepulte sunt vel absconsc: quem ex omni parte contingunt. ergo impossibile est q̄ agant in corpora magis distantia actione reali et naturali: que sit ex virtute corporis sine generabilis et corruptibilis siue celestis. Patet igitur q̄ predicta opinio de virtute imaginum et figurarum sub astralitate celesti fabricatarum a quolibet christiano tanq̄ suspecta de superstitione et idolatria gentiliu est fugienda et vitanda.

Quod mirificentia operis que falso provenire creduntur ab imaginibus et sigillis sit virtute demonum.

Primo argumenta et motiva a magistris imaginum inducta solvantur reddenda est causa et ratio huiusmodi mirabilium effectuum: qui provenire creduntur ab huiusmodi imaginibus factis et sculptis sub imaginibus celestibus. Ad quod intelligendum premittendum est prima in huius

catholicam: q̄ licet natura angelica fuerit a deo omnipotentissimo creata bona et recta. iuxta illud Genes. i. c. Vidit deus cuncta que fecerat et erat valde bona: nihilominus tamen pars eius aversa a deo per liberum arbitrium peccando cecidit a loco sue creationis eternaliter misera et damnata. pars vero ad deum conversa remansit in celo eternaliter beata. primi appellantur demones: secundi vero angeli boni sancti et iusti. primi propter superbiam et invidiam inseparabilem inimicissimi sunt generis humani et dei altissimi. iuxta illud ps. Superbia eorum qui te oderunt semper ascendit in celum. et ideo omni astutia malignitatis sue hominibus nocere: et divini cultus honorificentiam minuire: et etiam ad seipos trahere intendunt. Ex qua radice omnes species et modos idolatrie suggererunt et continue suggerunt hominibus: ut ipsos deo altissimo offensos et odibiles reddant et in potestatem suam redigant: ut patet ex historia veteris et novi testamenti. unde beatus Petrus in Canonica sua scribit: Adversarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens circuit querens quem devoret: cui resistite fortes in fide. Demonibus igitur divina providentia et bonitas propter multiplices utilitates et propter pulchritudinem iusticie sue omni genere temptationis temptare homines et multipliciter etiam impugnarere permittit: quemadmodum videmus inter homines q̄ boni a malis iusto et occulto dei iudicio vexari et turbari permittuntur. Ex suggestionibus igitur demonum hanc opinionem de virtutibus mirificis imaginum et figurarum dico habuisse originem: ut homines traherent ad idolatriam stellarum: et a cultura et servitio dei altissimi averterent. quemadmodum enim cum ignis presto sit ad calefaciendum: non a creatore calefactio petitur: sed ad ignem recurritur: quia scitur virtutem habere calefaciendi. sic qui tot et tantas virtutes stellis esse crediderunt et adhuc credunt: pro omnibus bonis temporalibus: et multis etiam ac magnis spiritualibus recurrendum esse putaverunt ad stellas et imagines eis correspondentes fabricatas: et etiam in bonis et malis: quorum largitio vel a quibus liberatio soli deo est possibilis. Nihil enim idolatre maius censerunt de idolis: nihil adeo magnum eis attribuerunt: q̄ ut isti magistri imaginum sentiunt de imaginibus sepultis et absconditis et de quibusvis alijs. quis enim unquam sane mentis homo regnum vel imperium petere unquam cogitavit ab imagine aliqua vel ab aliquo demone: presertim cum ipsi magistri imaginum opinentur se posse ligare spiritus huiusmodi et incarcerare ipsum principem eorum. Dico igitur q̄ sicut homines multa procurant circa obtinendos honores et dignitates principatus similiter et dominationes: et interdum beneplacitum est dei altissimi ut fiat quod intendunt. interdum vero iudicio suo vel occulto vel manifesto fieri illud permittit: videlicet ut mali discentur et malos subditos premant ad correptiones ipsorum: vel etiam bonos ut meliores efficiant: sic et demonibus possibile est: et etiam facilius suggerere multa hominibus: et etiam inducere eos ut aliqua velint aut nolint tanq̄ suggestores consultores et suos. cogere autem eos nunquam illis permittitur. et de multis creditur q̄ huiusmodi procuracionibus demonum

summas dignitates obtinuerunt tam ecclesiasticas quam seculares. quod utique deus altissimus sicut et alia mala propter bona que inde nouit sustinuit: sic et de amatorijs carminibus vel alijs operibus que propter amorem mulierum stulti et decepti homines faciunt sentiendum est. si enim possibile est viro aut mulieri suggestionibus aut suasionibus mulierem aliquam seducere et in consensu turpitudinis inclinare: quanto facilius istud est demonibus: si fuerit in hoc permisso creatoris. tales etenim et etiam fortiores suggestiones mulieri que concupiscitur ingerere: et quia spirituales substantie sunt siue per cogitationem siue per somnium formas virorum eas concupiscunt et alia amoris homini incentiua in imaginationibus earum pingere. quia igitur delectabile imaginatum mouet desiderium secundum Aristotelem in libro de anima: manifestum est ex hoc: qualiter demones procurent fieri occultis suggestionibus opera homini. suggerunt tamen fieri eas per imagines et figuras et characteres: ut sic trahant homines ad uenerationem et seruitium stellarum: cum omnes virtutes imaginum homini et characterum stellis tanquam causis influentibus attribuant. Hoc idem sentiendum est de iuuuacione imaginum. non enim dubitandum est quin omnipotens altissimus suo semper laudando iudicio permittat aliquos ex hominibus uexari multis modis a demonibus: et quosdam fieri demoniacos: quosdam arrepticios: quosdam lunaticos. quid ergo mirum si ea bona qua malus homini imaginum vel figurarum operarius: vel pungit imaginem vel in aquam feruentem mittit: demones similes passiones infligant eis interdum quibus ascripte sunt et protra quos fabricate. Opinantur autem deceptissimi homines quod talia fiant per virtutes imaginum a corporibus celestibus impressas: quod ostensum est esse superstitiosum: et philosophie principijs contrarium. Cuius signum euidentissimum est: quod frequenter falluntur et frustrantur intentionibus suis operatores homini imaginum: quod virtutibus naturalibus non conuenit. natura enim uniformiter et uno modo operatur. nec est dubitandum hoc ideo esse: quia bonitas creatoris non permittit nisi raro: ut demones operentur pro uoluntate hominum. et hoc ipsum est propter multiplices utilitates ipsorum hominum. Prima est declinatio ab erroribus et seductionibus demonum. Secunda est declinatio ne perbariorum operum ad que paratissimi homines multi sunt: si opportunitatem vel facultatem demones eis faciendi talia procurarent. nulla enim mulier speciosa incorrupta remaneret: nullus principum vel magnatum incolumis perseveret: si demones malis uoluntatibus hominum adesse et satisfacere permitterentur. Tercia causa est: ut bonorum proprius et gloria debita creatori seruetur: que huiusmodi operibus leditur et minuitur ultra modum: dum ea que ipsius solius dona sunt: ab eius inimicis capitalibus petuntur: et ab eisdem obtineri queruntur. Patet igitur quod miraculosa opera que falso prouenire creduntur ab imaginibus et sigillis sit uirtute demonum.

¶ Responsio ad rationes magistrorum
imaginum superius inductas.

b Is igitur premisso et rationabiliter creditis ratio facilis potest ad rationes magistrorum imaginum. Eum enim primo arguit ex intentione astrologorum: quod uultus huius seculi sunt subiecti uultibus et configurationibus celestibus: uera est hec propositio Ptoleomei quantum ad figuras et imagines que fiunt a natura et non ab arte: ut precedenti. c. probatum est. dicit enim beatus Thomas. ij. q. xcvi. ar. ij. ad secundum: quod uirtutes naturales corporum naturalium consequuntur eorum formas subales quas sortiuntur ex impressione celestium corporum. et ideo ex eorum impressione sortiuntur quedam uirtutes actiue. sed forme corporum artificialium procedunt ex conceptione artificis. et cum nihil aliud sint quam propositio ordo et figura: ut dicitur in. ij. physicorum: non possunt habere naturalem uirtutes ad agendum et inde est quod ex impressione celestium corporum nullam uirtutem sortiuntur in quantum sunt artificialia: sed solum secundum materiam naturalem. falsum est ergo quod Porphyrio uidebatur ut Augustinus dicit in. x. de ciuitate dei: herbis et lapidibus et animalibus et sonis certis quibusdam ac uocibus et figuratiuibus atque significationibus quibusdam et obseruatis in celi conuersione motibus siderum fabricari in terra ab hominibus potestates idoneas siderum uarijs effectibus exequendas: quasi effectus magicarum artium ex uirtute corporum celestium prouenirent. sed sicut Augustinus ibidem subdit: totum hoc ad demones pertinet ludificatores animarum sibi subditarum. unde etiam imagines quas astronomicas uocant: ex operatione demonum habent effectum. cuius signum est quod necesse est eis inscribi quosdam characteres qui naturaliter ad nihil operantur. non enim est figura actiue naturalis principium. sed in hoc distat astronomicas imagines a necromanticis: quia in necromanticis sunt expresse inuocationes et prestigia quedam. ubi pertinet ad expressa pacta cum demonibus inita: sed in alijs imaginibus sunt quedam tacita pacta per figuratum seu characterum quedam signa. Hec Thomas. Ex quo patet quod usus imaginum et figurarum tam in arte magica quam astronomia et medicina est illicitus et superstitiosus. Ad secundam rationem que sumitur ex dictis Alberti magni dicendum: quod licet figure et imagines celestes sint prime nature et ordine figuris et imaginibus que fiunt tam a natura quam ab arte. ex hoc tamen non habetur quod corpora artificialia ut artificialia sub quacumque astralitate fabricata recipiant uirtutem agendi ex impressione corporum celestium. sed si aliquam recipiunt: hoc est ratione materie: ut dictum est: quia artificialia ut artificialia dependent ex conceptione artificis: que non subicitur per se et directe causalitati corporum celestium. Et hec est ratio fundamentalis quare forme rerum artificialium non sortiuntur aliquam uirtutem agendi a corporibus celestibus: sicut forme rerum naturalium. Ex quo patet falsum et superstitiosum esse quod Albertus magnus ibidem dicit: de obseruatione ad imagines celi et de figuris punctorum: quibus ars utitur geomantie. Et multo falsius patet esse quod dicitur de preceptis Magotb greci et Serme babilonici in fabricandis imaginibus metallicis et lapideis.

Ad experientias vō adductas dicendū: q̄ nec ex virtute astroꝝ nec imaginū talia fiunt: vt precedēti. c. oñsum est: sed ex virtute demonū vel alterius cause superioris. Ad terciā rōnem que sumit ex intentione medicōꝝ: dicendū q̄ effectus qui pronente credunt ex applicatione aliquoꝝ de quibus nō est manifestū habere virtutem ad tales effectus causandos: necesse est tales effectus reduci in aliquā causam superiorem corporali natura. Cōstat autē q̄ figure et imagines characteres et sigilla quibus medici in opibus suis empiricis vtuntur: non habent virtutem naturalem ad morbos curandos: vt probatum est. Relinquit ergo q̄ talia nō adhibeantur ad hos effectus causandos tanq̄ cāe sed solū quasi signa ad pacta significatiōnū cū demonibus iuncta. Ex quo patet solutio ad rōnem Consiliatoris, falsum est enim q̄ materia sic vel aliter figurata sub alia et alia astralitate celesti recipiat aliquā virtutē agendi ex impressione corpoꝝ celestium rōne figuratiōis: quia figura non est rō alicui recipiendū talem virtutē, asserere enī hoc: est superstitiosum: sed si aliqua virtus in rebus artificialibus recipiat est ex pte m̄e n̄alis et nō rōne forme artificialis: vt sepe dictū est. Ad autem Ptholo. q̄ anima sapiens iuuat opus stellarū: dicendū q̄ stāte determinata influētia celi: si cāe naturales nate recipe talē influētiā debito mō applicent ab aīa sapiente et sciente h̄mōi influētiās sequentur effectus: aliter non. figura autē artificialis non est dispositio actiua nec passua cooperans vel cooperans astralitati celesti ad aliquos effectus causandū in hęc inferiora: vt dictū est. Ad experientia Consiliatoris et Plinij dicendū vt patet q̄ talia sunt superstitiosa ad altiorē cāe reducēda: q̄ ad imagines et sigilla. Ad quartā vō rōnem que sumit ex dictis b̄l Tho. in. iij. p̄tra gentiles dicendū q̄ non loquitur s̄m propria opinionem: vt patet per verba sua: dicit enī sic: q̄ vō figure in artificialibus sunt quasi forme specificę: pōt aliq̄s dicere q̄ nihil prohibet quin constitutionem figure que dat sp̄m imagini consequat aliqua virtus ex impressione corpoꝝ celestium. Ex quibus verbis patet q̄ non loquitur Tho. s̄m propria intentiōem: sed s̄m opinionē magistrōꝝ imaginū: quam ibi reprobat quo ad figuras et quo ad characteres. Hoc etiā patet ex his que dicit q̄. ij. q. xvi. et xij. quodlibet. Et dato q̄ in. iij. cōtra gentiles loquat s̄m propria intentionem: tenenda est tñ sn̄a. ij. q̄. tanq̄ vltima retractas p̄iores. Nec valet distinctio data ab actore lib̄l de cathēnā virtutibus b̄l Petri: de imaginibus que fiunt a magis astronomis et medicis: quia oīm talium imaginū et sigilloꝝ fabricatio est illicita et superstitiosa ad pacta demonū pertinētia. dicere enim q̄ si nihil misceat superstitiōis licite talibus quis potest vti: videt̄ ridiculū quia eo ipso q̄ aliquid habens tñ rōnem signi: adhibetur vt causa in aliquo opere: est superstitiosum ad pacta cum demonibus iuncta aperta vel occulta. Ad illud vō quod a defensore conclusiōis additur: q̄ necesse est p̄titeri ex p̄ncipijs pb̄ie plus posse characteres et figuras in opere magico: q̄ possit quecunq̄ qualitas materialis. Dicendū q̄ hoc est falsum: vt oñsum est: et ab ecclesia damnatū. et concessio q̄ mathematica sint formaliora p̄hysicis: quia magis abstracta: abstrahunt enim a materia sensibili: quā p̄hysica entia includūt.

et hoc tñ non habet q̄ sint magis actiua: quia mathematica se tenent ex pte materie cui repugnat agere. Ad illud vō q̄ vltimo adducit de imaginibus agnoꝝ et campanarū et allarū rez artificialium quibus vtitur xp̄iana religio. Dicendū q̄ similitudo que inducitur non est ad propositū: quia manifestū est q̄ hec que fiunt in religione xp̄iana non fiunt virtute stellarū vel vocū: vt p̄dicti magistri imaginū credunt de suis imaginibus: sed fiunt oipotenti virtute creatoris. vnde non petit xp̄iana deuotio ab aqua benedicta vt fuget demones: neq̄ a cāpana neq̄ ab agno nec a cereo benedicto vel candela vt arceat fulgura et tempestates: sed ab omnipotenti creatore. Patet igitur q̄ imagines figure et characteres h̄mōi magoꝝ nō ex virtute sua naturali operantur miracula illa opera que eis attribuntur: sed ex demonū pacto: quo cultoribus suis per h̄mōi signa se adesse polliciti sunt. propter quod dicit Aug. q̄ oīa hec pacta sunt demonū et non operatio virtutū naturalium. et ex hoc vt dicit Guillus Parisiē. p̄ iusticia diuine legis: que oīa predicta tanq̄ nepharia prohibet: vt pote h̄ant generis pollutioēs vilissimas et creatoris intolerabiles iniurias.

Opinio magoꝝ de vocibus et incantationibus quibus vtuntur in operibus magicis.

d Magia vocum et nominū quā multi magoꝝ credunt esse naturales differendū est quibus tantā virtutem imposuerunt magi: vt ipsis auditis vel visis hoīes et aialia occiderent et etiā inspectione figurarū seu l̄arū quib⁹ inscripta eēt h̄mōi verba et nomina: sicut dicebat iudeus quidam magus: qui sola insurratōe quorundā verboꝝ taurū visus est occidisse assererat quippe q̄ verba illa nec homo nec aliud aial audire poterat qm̄ moreretur p̄tinuo: nec etiā l̄as inspicere quibus verba illa inscripta essent. Refert preterea Guillus Parisiē. in li. de vniuerso: q̄ Mercurius in libro quē scripsit de captiōibus aialiam et ferarū: docet per verba et incantationes animalia q̄tumcūq̄ fera deposita feritate induci et inclinari ad veniēdū et dādū se in manus capere volentiū ad oēm eoz volūtates. Quā opinionē Petrus de Abano Consiliator d̄ra. Cvi. rōne et experientia nitit̄ corroborare. Rōne quidem sic: quia incantatio habet virtutem et efficiētiā naturalem respectu incantati. incantatio autē pertinet ad genus vocis s̄m Aristō. in primo peribermetas. ergo voces et noīa habent virtutem naturalem et efficiētiā in opere magico. assumptum pro vtraq̄ sui parte probatur per diffinitiōem incantationis: que s̄m eum talis est. Incantatio est oratio admiranda affectione in subiectū incantati precipue confidentis explicata. dicitur autē oīo ad Aristoteli terminoꝝ non significatiōꝝ. dicitur admiranda affectione: quia incantatio cum sit de miris et occultis amplius eam reputans incantatus eidem cōferret magis. et ideo q̄tum possibile occultatiōe est vtendū. deitatem enim minuit qui secreta mystica vtilgat. ars notoria precantans etiā vt dicit cū grandiori illi gentia debz ipam p̄mere: vt tam ab ipso q̄ ab incantato dignissima reputata

possit amplius conferre, cum enim fuerit de ipsa amplius confidens eundem incantatum innabit maxime, iuxta illud: Ille plures sanat egritudines de quo plures fidunt. Precantator preterea debet esse astutus credulus affectuosus anime fortis impressiue, incantandus vero audis speras quod maxime ac dispositus omnimode; ut actio incantatoris concidat in materia preparata, et merito; quia cum incantatio sit quid intentionale; non agit efficaciter nisi interueniant predicta; cum actus agentium sit in passum et susceptiui pre-dispositum, et ideo pertransmutat et alterat quod est maxime permutabile; sicut virtutem animalem, et maxime in somniis; cum motus reliqui tunc cessant corporali. Et quo per precantationem conferre in egritudinibus et sanitatibus humanis. Secundo hoc idem probatur experientia; videmus inquit quod verba sacramentalia habent virtutem et efficaciam causandi et efficiendi aliquid, nomina etiam id confirmant diuina notorie artis, magicis etiam, verbis prolatis in auricula tauri; cum incantator prosterit in mortem in presidia Siluestri; hunc et reuiuiscere denuo effecti, et etiam firmat motus panis ad furtum iueniendum aut psalterii vel cribi, verba etiam quedam in aurem cuiuscumque hominis prolata; fatagit eum tibi quecumque petieris elargiri, incantatione similiter prolata vel scripta ne vnicuique pandant qui cruciantur, ea etiam super gladium ambulat acutissimum et prunas viuaces; digitosque vno applicantes alterutrumque boicem aut pondus subleuat in altum grauissimum; serpentemque stupefaciunt ut non ledat; equos furibundos carmine quietant eosque castrant cum alijs; immobiles eadem redditi, hoc etiam motu cruciati euadunt periculum, prima similiter astronomie oratione placant et in subsidium concitant nostrum; ut orationis epilogus insinuat planetarum, vnde Albulasius insadan; reges grecorum cum volebant obsecrare deum propter aliquod negotium ponebant caput draconis in medio celi cum ioue, aut aspectum ab eo figuram amicabilem; et lunam coniunctam ioui aut recedentem ab ipso et coniunctionem a deo ascendente petentem, adhuc asit et cum caput amicabilem figuram; tuncque dicebant ipsorum petitiones exaudiri, vnde Almanfor in Astrologia; si quis postulauerit a deo aliquid capite existente in medio celi; non preteribit quin breuiter adipiscatur que situm, et ego quidem in huiusmodi orbis quibus configuratio scientiam petens a primo visus sum amplius in eam proficere. Incantatione quoque quod dormire non valet; repetitionem continue incantantis imaginans, ipsa etiam poluitos inducit in somnis; quid erit futurum taliter aperit de aliquo, sagitta etiam ossi a deo infixi ut alio nequit ingenio, digitis lateralibus duobus facile ac sine dolore dulci applicatis foras educitur, cancerque mortificatur; lumbrici occiduntur; sanguis ea et caractere undecunusque fluens sistitur, paroxysmus epileptie quietatur, noibus magorum in aure prolatis aut portatio super se cessare cogit omnia, epilepticus sanat et lunaticus incantatione, vnde cum pater aut mater in quattuor temporum feria quarta cum ad ecclesiam deducatur; et feria sexta et deinde de sabbato super ipsum cantetur et suspendatur illud dicitur euangelium; hoc genus demoniorum non eicitur nisi orationibus et ieiunijs, caractere similiter et carmine passio curatur renalis; et furtum prenoicitur, vnde qui dicunt precantationes

non conferre; nec nomina et verba efficaciaz in opere magico habere; negant experientiam tanquam grossi et increduli; non putantes aliquas actiones proprie nire nisi materiali et grossiori quodam contactu mediantibus qualitatibus primis sensibilibus valde, quod accidit propter immersionem plurimam ipsorum materie corporali, vnde nec presidia vtriusque denudata futuraque minus concipere possunt. Primum igitur secundum Petrum de Abano Consiliatorem nomina et verba et orationes efficaciam habere in opere magico, Quod si queratur a quo characteribus et precantationibus euenit talis virtus et efficacia? Respondet vbi, quod necesse est hoc provenire aut ab anima incantatoris et incantati; tanquam a causis proximis et immediatis aut a solo deo immediate; qui sollicitudinem habet humanarum rerum; aut ab angelo bono nos custodiente; aut a demone; aut a corporibus celestibus propria intelligentia motis; quemadmodum de imaginibus fuis et liquatis sub determinato astro dicebat, et hinc est quod multi magorum in predictis incantationibus inuocant iouem saturnum vel alium planetam nomine intelligentie; quam credunt prestare efficaciam predictis incantationibus. Et hanc ultimam viam tenere videtur Petrus de Abano; ut per verba sua considerant predicta dicta. Hanc opinionem de virtute et efficacia vocum sequitur et imitatur defensor predictae conclusionis, dicit enim quod voces et verba in magico opere efficaciaz habent in quantum dei voce formantur, et quod non significatiue voces plus possunt in magia quam significatiue, vnde si aliqua nomina significatiua per se sumpta in magico opere virtutem habent; illa sunt hebraea vel inde proxime derivata; quod Origenes ut dicit sentire videtur quod dicit; quod quedam nomina hebraica in sacris litteris sicut osanna, sabaoth, alleluia et similia fuerunt sic reseruaata et non mutata in aliam linguam in qua non retinissent suam naturalem significatiuam; et consequenter virtutem. Hoc idem sentire videtur defensor predictae conclusionis de numeris secundum pitagoricam philosophiam, vnde dicit quod sicut characteres sunt proprii operi magico; ita numeri sunt proprii operi cabale, quod consimili ratione probat que de characteribus et figuris; quia sunt formaliores inter omnia mathematica; et per consequens actualiores et actiuiores quod etiam auctore sanctorum doctorum probatur; qui numeris efficientiam et virtutem tam ad bonum quam ad malum attribuunt. An Hilari in commento suo super psalmos; inquirendo causam cur psalmorum ordo non sit secundum historiam; sed sepe psalmus, qui pius fuit compositus; posterior in ordine collocatur, sic inquit; Non est autem ignorandum indiscretum apud hebreos esse numerum psalmorum et sine ordinis aduocato esse conscriptos, non enim illic primus aut secundus aut tertius aut quinquagesimus aut centesimus prenotantur; sed sine prescriptione aliqua ordinis in vnum permixti sunt. Hec tres enim (ut antique traditiones ferunt) incoppositos eos et pro auctorum et temporum diuersitate dispersos; in vnum volumen collegit et reuulit, sed septuaginta seniores secundum Moyse traditionem ad custodiam legis atque doctrine in synagoga manentes postea quam illis a rege Antiocho transferende ex hebreo in grecum sermonem totius legis cura mandata est; spiritali et celesti scientia virtutem psalmorum intelligentes; in numerum eos atque ordinem redegerunt singulis quibusque numeris pro efficientia sua et absolute perfectione; perfectorum

et efficientiā psalmoz o: dicit deputantes. Et quibus apertissime p̄ q̄ numero virtutem dat et efficientiā. Hieronymus quoque contra Iovinianū in faustum dicit numerū viceſimū: in quo seruiuit Jacob et venditus est Ioseph: et quem dilexit Esau in eo quedā munera accipiens. in eodē loco laudat denariū dicens de eius laudibus se sepius dixisse. et in eodem libro. c. viij. dicit: quod ideo in secūda die nō fuit dictū: Et vidit deus quā bonū: quia binarius numerus sit malus: quānimo ex numero binario sumit argumētum cōtra bigamos. et propter hoc dicit omnia animalia imunda in arcam Noe bina ingredi. seipena autem que sunt munda. Hoc idem de numeris Basilus. Nazanzus Ambrosius. Origenes. Augustinus et alij doctores catholici sentiunt. quin Rabanus insignis doctor ecclesie de numerorū virtutibus: vt inquit: specialē librum composuit. P̄t̄ igitur fm opinionem magorū q̄ voces et numeri virtutem et efficaciam habent in opere magico.

Quod opinio magorū de virtute vocum et numerorū est falsa et ab ecclesia damnata.

Predicta autē opinio de virtute et efficientiā vocū et numerorū est contra pbie principia et ab ecclesia tanq̄ superstitiosa dānata. Quod sic potest ostendi: quia nullus agens naturale virtute proprie nature agit ultra suā sp̄m. et hec propositio est per se nota in pbia: quia si agit actiōe vni uoca: agit simile fm sp̄m. si equiuoca: non p̄t agere se solo. i. virtute proprie nature aliquid nobilius se: sed virtute alterius nobilioris seclī concurrentis. et hinc est q̄ omne agens equiuocū est prestantius eo quod sit: fm p̄bm. ij. de aia. et Augustinū octogintatris questionū. Et sic patet q̄ nullū agens virtute proprie nature agit ultra suā sp̄m. vox autē siue sit complexa siue incōplexa siue significatiua siue nō significatiua fm se est quid imperfectius et alterius rōnis q̄ opus magicū a voce causatū: vt patet discurrendo per effectus quos magi vocibus attribuūt. ergo nulla vox fm se et virtute proprie nature habet efficaciam in operibus magicis. Confirmat ista rō: quia si vox fm se bēret virtutem et efficientiā in opere magico: et oīs vox: cum non sit maior rō de vna voce q̄ de alia: oīs enim vox est eiusdem rōnis inq̄tum talis cū alia voce: cōsequēs est in promptu falsum: quia vox inq̄tum vox non alterat de per se corpus ad sanitatem vel egritudinem: nec causat alios effectus mirabiliores qui in arte magica fiunt: cum sanitas inducat naturaliter alteratione. vñ Aristo. ij. et. ij. de aia. Manifestū est inquit q̄ neq̄ lumen et tenebra neq̄ sonus neq̄ odor nullū facit in corpore effectū: videlz nisi per acc̄s: puta si simul sono de pulso fiat ictus: et in tonitruo scindente lignū. et a visis similiter et odoratis sit motus corūpentibus accidētaliter tactū vel meatū. ex primis enim qualitatibus constamus: non autē ex tercijs. Patet igitur q̄ voces non habent virtutem et efficientiā in opere magico. Preterea si vox haberet virtutē et efficientiam in opere magico: talis virtū inesset vocibus et verbis de necessitate vno

quattuor modorū: vel ex parte materie que est aer: aut ex parte forme que est sonus vel sonatio. vel ex parte significati in vocibus significatiuis: aut ex oīs bus his aut ex aliquibus illorum. Primum dari non potest: nisi cum aer veneno vel alia causa corruptus fuerit vt mortē inferat. hec autē virtus veneni est aut alterius pestis: non verbi nec vocis: qualis virtus apparet in aere quem spirāt dracones et cetera animalia venenosa. Nec secundū est possibile: quia sonus siue sonatio non potest nocere audientibus nisi per vehemētiā acuminis sui aut magnitudinem suā per quā interdū est terrificus: sicut frangor tonitruū: et rugit leonis. vñ et p̄ terrore seu timore possibile est mori audientes vt boies vel alia aialia. manifestum est enim omnem passionem aiaz vehemētia sua mortem posse inferre patienti. et hoc apud vulgus famosum est: videlz nimio amore vel odio: nimio dolore et gaudio: et sic de alijs pass. oibus vehemētibus anime: mori boies et animalia in quibus tales passiones vehemētes reperiunt. et hoc modo ex vehemēti cōcussione siue percussione ossis petrosi in quo fit auditus: potest tāta perturbatio fieri in interioribus capitis: vt mortem inducat. hoc autē est de per accidens et non de per se vt dictū est: rōne imutationis realis et corruptiue. Nec terciū est possibile: vt videlicet ex parte significati voces habeant hanc efficaciam et virtutē: quia si malicia et nocentum significati prestarent hanc virtutem nocendi verbis atq̄ nominibus: nomen mortis et inferni mortem et tormentum intolerabile necessario inferrent audientibus: quod est ridiculū. et per contrarium salubritas et bonitas significati prestaret virtutem verbis atq̄ nominibus: et hoc p̄portionabiliter iuxta quantitatem et magnitudinem bonitatis rei significate. quare tanta virtus eēt vnicuiq̄ nominū vocaliū creatoris: vt ad prolatōem ipsius oīa mala tollerētur ab audientibus et oīa bona prestarent eis dē. quare et mors tollerēt et oīs infirmitas. et ex hoc sequitur vltimus q̄ virtute nominū vocaliū resurrectio mortuorū fieret: et sanatio cuiuslibz generis infirmorū: et ablatio oīum penitus nocentorū. Preterea ista virtus quā habent voces et verba ex parte significati: aut inest vocibus et verbis quia significant: hoc est rōne significatiōnis: aut quia res: hoc est propter ipsam rem que significatur. Si rōne significatiōnis: tunc necesse est vt que magis significāt maiorem habeant hōi virtutē quare imagines rez hōi siue picte siue sculpte siue fise magis hēbunt hōi virtutem q̄ verba et noīa: cū euidentius et expressius significant. et ita fortior erit imago aliqua vel similitudo ad occidendū rem inspicientes eā q̄ nomina quecunq̄ vel verba. et ita inspectione alicuius imaginis vel visu morietur quicunq̄ visor vel inspector ipsius. et de omni signo naturali similiter est dicēdum: cū naturalia signa magis significēt q̄ positiua. i. ad placitū significatiua. Si dicat q̄ vocibus et verbis inest predicta virtus propter res quia res: non quia significate nec rōne significatiōis: hoc est falsum et impossibile. res enim quia res non pertinent ad verba et noīa: non enim pertinent ad ea nisi p̄pter significatiōem. et ita non potius prestant eis virtutē hōi q̄ alijs quibuscunq̄ rebus. quare nulla erit virtus a pte illa noibus et verbis. Preterea cū signa

ficatio nihil possit nisi rōne imaginatiōis aut intellectiōis; cum vox nō signi-
ficet nisi sit imaginata et cōcepta; ut habetur. ij. de aia. ipa vō imaginatio et in-
tellectio significaciones sunt maxime atq; fortissime; ut scribit primo periber-
menias; tales virtutes erunt necessario imaginatiōis aut intellectiōis p̄missi
q̄ ipsaz vocū et verboz. et ita aia imaginando et intelligendo absq; nominib⁹
et verbis faceret mirifica illa opera; que virtute verboz et noim magi facere
opinant; quod est ridiculū et contra experientia. Et quibus oibus p̄z q; si vo-
ces et verba h̄mōi virtutem non habent rōne materie nec rōne forme nec rō-
ne significatiōis nec rei significate; q; non habeant rōne oim istoz simul nec
aliquoz. Si dicat q; l3 voces et verba ex propria natura specifica vel ex pte
predictoz non h̄ant talem virtutē; v̄t argumenta facta conuincūt; tñ vt sunt
instrumenta magi recipiunt quandā virtutem causandi effectū a mago p̄nci-
paliter intentū. et hoc mō aliqd pōt agere vltra suā sp̄m; vt p̄z de calore; qui
vt instrumentum anime attingit ad carnis generatiōem. Contra hoc arguit
quia cum magus ad opus magicū non se habeat nisi per modū artis applicā-
do. s. actiua passiuus; non pōt prestare vocibus et verbis nisi motum localem.
per motū aut localem nō habet vox formaliter virtutē agendi quā prius non
h̄bat; cū motus localis non sit p̄ncipiū agendi nec patiendi. Itēz quicquid
agit magus circa voces et verba; agit p virtutes imaginatiuā vel intellectiua.
virtus aut imaginatiua et intellectiua non pōt causare aliquā entitatem abso-
luta ad extra; qualis est virtus agendi vel patiendi. Et in hoc errauit Aulcen-
na qui voluit q; anima per solā imaginatiōem et intellectiōem potest alterare
et transmutare substantialiter corpus extrinsecū; vt post patebit. Et quo patz
q; neq; desiderū neq; spes vel quecunq; passio interior appetitus sensitiui ex
parte magi vel incantatoris; neq; fides neq; confidentia ex pte incantati pōt
prestare incantatiōi vel voci virtutē aliquā agēdi vel patiēdi; vt Petrus de
Ebano Cōsiliator falso opinat. bene tñ verū est q; predictę passioes pōt alte-
rare corpus intrinsecū ad egritudinez vel sanitatē vel ad alias qualitates cor-
rumpentes vel saluantes naturam propriū subiecti; vt dictū est. Preterea vo-
ces et verba in opere magico non habent rōnem cause; sed signi tñ. sunt enim
signa inter magū et demonem inita; vt statim probabit et ex dictis patz. voces
ergo et verba vt instrumenta magoz non recipiūt virtutem aliquā. Si dicat
vltterius q; voces et verba a mago prolata sub certo tempore et certa constel-
latione recipiūt ex impressiōe corpoz celestiu virtutem aliquā causandi mi-
rifica illa opera que arte magica fiunt. Hoc similiter stare non potest; quia vo-
ces humane et verba non recipiūt ex impressiōe corpoz celestiu nisi virtutes
consequentes esse specificū vocis; quia virtus vniuscuiusq; rei consequit esse
ipsius. talis aut virtus est naturalis; et per p̄ns non se extendit vltra operatio-
nem proprie speciei vel imutatiōem sp̄ialem et intentionalem ad potentiā au-
ditiuā. Itēz si voces et verba humana ex impressiōe corpoz celestiu reciperēt
tales virtutes mirificas quas magi fingunt; cū oēs voces inq̄stum h̄mōi sint
eiusdem rōnis; voces aialium eodem tempore et sub eadem constellatiōe for-

mate reciperent ex impressiōe celesti consimiles virtutes. et sic voces non si-
gnificatiue aialium haberent efficientiam in operibus mirificis artis magice
quemadmodū voces et verba b̄iana; quod est ridiculū. Confirmant iste rō-
nes per rōnem b̄i Lbo. xij. quodlibet. quia in rebus naturalibus oia que ha-
bent aliquā virtutem ex corpore celesti; h̄nt illā p̄sequentem aliquā formā sub-
stantialē; quia forma substantialis est radix et fundamentū omnis virtutis et
operationis naturalis. vnde nihil agit ad sp̄m nisi virtute corpoz celestis;
et sic forma substantialis est prius in vnoquoq; q̄ virtus ad talia. remoto ergo
p̄iori remouetur posterius. Si q; h̄mōi virtutes attribuūtur aliquibus; oportet
q; radiceatur super formā substantialem. vox aut cū sit qualitas quedā et
accidens nullā talem formāz habet. forme aut artificiales non sunt nisi figure
quedā. et hoc idem dicendū est de numeris. et ideo falsum est q; voces et ver-
ba corpoza etiā artificialia et numeri virtutem aliquam habeant ex impressiōe
corpoz celestiu. Si dicatur finaliter vt dicit defensor conclusiōis q; voces et
verba recipiūt h̄mōi virtutem inq̄stum voce dei formant. hoc stare nō potest
Tum primo; quia ridiculū est asserere q; deus formet voces; cū non habeat
in se instrumenta formande vocis. Secūdo; quia nō constat nobis per rōnem
vel autem sacre scripture q; deus dederit vocibus et verbis magicis virtutē
causandi illa mirifica opera que arte magica fiunt. quemadmodū fide tenem⁹
q; verba sacralia ex institutiōe diuina virtutes et efficaciam h̄nt causandi in aia
grām sacralem. Tercio; quia nō est probabile q; deus conferat verbis quibus-
cunq; virtutem ad effectus p̄arios virtuti; vel qui vergūt in iniuriā creato-
ris; quemadmodū cōtingit in operibus magoz. Quarto quia dicere q; voces
et verba magica formant voce dei; est defendere artem notoriā; que h̄mōi vo-
cibus et oionibus diuinis; vt dicūt; maxime vitur. Ars aut notoria ab ecclia
est damnata; vt h̄etur. xxvi. q. v. Patet ergo q; opinio de virtute vocū et ver-
boz in opere magico est contra p̄bie p̄ncipia. Per easdem rōnes pōt siliter
probari q; numerus ex se nullā h̄at efficientiam in opere magico. In speciali
tñ arguitur sic; quia fm Aristo. iij. p̄yficoz; numerus tripliciter dicit. est nu-
merus numerans; et hoc est anima. est numerus formalis quo numeramus; et
hoc est quantitas discreta. de quo dicit q; idem est numerus decem hominū
et decem canū. est tercius numerus numeratus et materialis; vt hoīes asini leo-
nes et sic de similibus; que per diuisiōem materie plurificātur. Cōstat autem
q; numerus numerans et numerus numeratus suas virtutes pp̄ias et natu-
rales h̄nt agendi vel patiendi cū sint entia naturalia. sed q; numerus forma-
lis quo numeramus h̄at virtutem naturalem ex sua natura specifica agendi
in opere magico videtur omnino impossibile; quia talis numer⁹ est quid ma-
thematicū; vt oēs recte philosophātes p̄cedunt. mathematica aut abstrahit
ab actione et passione. iij. metaphy. et per p̄ns non h̄nt ex se virtutes actiuas.
vnde si voces et verba humana de quibus magis videt p̄babile; cū sint qua-
litates sensibiles non h̄nt tales virtutes vt probatū est; sequit q; nec numeri
nec aliqua quantitas continua habet virtutem aliquā actiuā. Preterea in-

possibile est accidens absolutū idem numero esse in pluribus subiectis loco et situ discretis, sed virtus actiua est qualitas absoluta; numerus autē est quantitas discreta et discontinua hinc partes loco et situ discontinuas, ergo impossibile est quod in numero sit aliqua virtus actiua vna numero. Preterea numerus formalis secundum cōter loquentes habet esse ab anima, quod sic ostendo; quia binarius duorum hominum quorum vnus est Rome alter Parisius non potest esse actus reale; quia nullū tale idem numero potest esse subiectiue in pluribus loco et situ distantibus, oportet ergo quod sit ab anima; in cuius prospectu res numerate quantumcumque discrete et distantes sunt simul obiectiue, quod autē habet esse ab anima non sortitur virtutem aliquā actiuā, ergo numerus non habet aliquā virtutem realem actiuā. Si dicatur quod numerus formalis abstractus non habet virtutem neque efficientiā in opere magico; sed applicatus rebus numeratis; ut patet de numero sonoro in armonia musicali; cuius consonantia et dissonantia virtutē habet maximā et fortissimā, propter quod et Plato dicit in Timæo: quod potentissima artium est musica. Hoc idem sentiendum est de numero applicato rebus medicinalibus et rebus alijs naturalibus. Rursus et dico quod binōi virtus que est in armonia musicali vel in numero rerum naturalium non est virtus numeri secundum se nec numeri applicati ad voces sonoras; sed est virtus naturalis ipsarum vocum adinuicem ordinatarum vel proportionatarum; secundum quā virtutem immutatur intentionaliter potentia auditiva; quemadmodum se habet de pulchritudine colore sapore odore et alijs qualitibus sensibilibus, hoc modo armonia musicalis fert ad passiones anime incitandas et mitigandas; ad egritudines quoque et morbos corporales curandos. Item si numerus applicatus ad res numeratas ex binōi applicatione haberet virtutem et efficientiā in opere magico; talis virtus in eis potius numero ex parte rerum numeratarum; quam ex ratione specifica numeri, et sic numerus non daret efficientiā rebus numeratis; sed res numerate numeris; quod ipsi negant. Patet igitur quod voces et numeri non habent efficientiā et virtutē ex se in opere magico; sed si aliquā habeant; ut decepti homines credunt; est ex malignitate spirituum imundorum; qui secundum Timotheum, vultus, immiscunt se verbis hominum ut decipiant eos secundum Augustinum, unde tales voces et verba potius se habent per modum signi; quam per modum cause, et hinc est quod demones aliqui vtuntur verbis fabulosis et falsis et vanis; quibus ad illudendum homines se immiscunt, unde omnia ista frivola et superstitiosa sunt, imagines quoque astronomice in quibus etiam non adsit aliqua expressa inuocatio demonum; tamen est ibi quidam tacitus consensus, hoc idem sentire videtur Euillius Parisiensis, in libro de fide et legibus, dicit enim quod quemadmodum veri cultores dei altissimi pronūciando sermones eius et etiam scriptos interdum differendo ipsum venerant; et per binōi veneratiōem mira interdum a creatore obtinent; sic et malefici non virtute verborum que vel proferunt vel scripta deferunt sed veneratione quā vel proferendo illa vel deferendo demonibus impendunt; ab eisdem obtinent multotiens que homines admirant, multotiens autē non obtinent; vel quia demones dei altissimi creatoris imperio illa facere prohibentur vel malicia vel fraude ipsorum, qui forsitan cum possint petita cultoribus suis non

annunt vt eos gratis seruos possideant: dum eorum seruitus nihil rependunt. Per hunc modum ad prolatiōem quorundam verborum ligantur interdum serpentes a maleficijs et aggregant; non quidem ipsorum virtute; sed ministerio occulto demonum, scribit enim Augustinus, xi, super Genesim, ad Iram: quod gaudet demones hanc potestatem sibi dari; vt ad incantationem hominum serpentes moueant vt quolibet modo fallant quos possunt, hoc autē facere permittunt ad primi facti memoriā commendandā; quod sit eis quedam cum hoc genere familiaritas. Et hinc est quod ecclesia damnat et reprobat tanquam fallam et superstitiosam predictā opinionem, vnde, xxvi, q. v, scribitur: Si quis ariolos aruspices vel incantatores obserauerit; aut filaterijs eorum usus fuerit; anathema sit. Et infra: Non oportet sacris officijs deditos: vel clericos magos aut incantatores existere; aut facere philateria; que animarum suarum vincula probantur, hos autem qui talibus rebus vtuntur; proijci ab ecclesia iussimus. Hoc idem, c. non liceat xpianis; prohibetur. Plura capitula contra incantatores et magos; que ponuntur in predicta causa per totum possent allegari; sed breuitatis causa hec dicta sufficiant. Notandum tamen quod licet voces et verba ignota et non significativa prohibeantur per dicta capitula; verba tamen dei et sacre scripture si bona et recta intentione dicantur et appertent non sunt prohibita sed licita, nec ad incantationem; sed ad preces et orationes pertinent. Si vero cum verbis sacris contineantur aliqua vana; puta aliqui characteres inscripti preter signum crucis; aut spes habeatur in modo scribendi aut ligandi aut in quacumque binōi vanitate; que ad diuinā reuerentiā non pertineant; est illicitum et superstitiosum. Et ad hanc intentionem reprehendit Chrysostomus super illud Matthei: Dilatant philateria illos qui collo verba euangelij suspendunt; dicens: Quidam aliquam partem euangelij scriptam circa collum portant; sed nonne quotidie euangelij in ecclesia leguntur et audientur ab omnibus: cui ergo in auribus posita euangelia nihil profunt; quomodo possunt eum circa collum suspensa saluare? deinde vbi est virtus euangelij; in figuris scripturarum; an intellectu sensu, si in figuris bene circa collum suspendis, si in intellectu; ergo melius in corde posita sunt; quam circa collum suspensa. Dicendum ergo quod remota omni superstitiōe non est illicitum super se gerere euangelium ex deuotiōe; quia de beata Cecilia legitur; quod euangelium christi semper gerebat in pectore; sine tamen aliqua additione vel verborum vel characterum vel ceterorum suspectorum. Patet igitur quod predicta opinio de virtute et efficientia vocum et numerorum est contra proprie principia et ab ecclesia tanquam illicita et superstitiosa damnata.

Solutio ad rationes magorum de virtute vocum et numerorum.

e **Et his que dicta sunt precedenti capitulo contra magiam vocum et numerorum patet solutio ad rationes pro opinione magorum inductas. Quod enim primo inducit de iudeo mago: quod in patria beati Siluestri**

contra nos scripti: multa vera et fidei nostre consona p̄tinent: ut magis Nicolaus de Lira scribit sicut dictū est. Notandū q̄ p̄tentio inter xp̄ianos et iudeos orta de aduentu Messie et trinitate p̄sonaz: nō fundat in sensu mystico veteris testamenti: ut defensor p̄clusionis in suo apologetico falso scribit: quia ex tali sensu nō p̄t p̄tinet iudei: ut dictū est, sed fundat in sensu lrali qui cōis est nobis et iudeis, et ideo vbi inter nos et ipsos est p̄tentio et differentia in lra: recurrendū est ad veritatem bebraicā: a qua translatio nostra dependet et originem trahit, et hinc est q̄ doctores nri sepiissime dicunt: bebraica veritas sic h̄y: quibus Nicolaus de Lira affirmat: q̄ ipse nō vidit aliquā bibliā iudeoz antiquā: que nō sit in partibus p̄o fide xp̄ianoz facientibus corrupta. Ex quo patet q̄ per antiquā traditionem quā sepe nri allegāt p̄tra iudeos: nō sunt intelligēdi libri cabale: ut defensor p̄clusionis in. iiii. notabili dicit, sed bebraica veritas in qua trallatio, lxx. interpretū et Symachi Theodotionis Aquile Origenis et bti Hieronymi fundant. Patet igitur ex dictis q̄ fundamenta defensoris p̄clusionis ad probandū artes cabalisticā fuisse Moyse a deo reuelatā: et tempore Eide a. lxx. sapientibus et senioribus legis ex p̄cepto dei lris mandatā: sunt falsa et sibi inuicem p̄dicentia, p̄pter quod tenendū est cabalā q̄tum ad rem nois esse prohibita tanq̄ ad perfidia iudaicā pertinentem.

Quo supradicta p̄clusio est simplr falsa et heretica ad supstitiōem gentiliū et perfidia iudeoz p̄tinent.

Regula ḡnalis apud dialeticos q̄ artem exponendaz p̄positionū scripturunt est: q̄ p̄positio vllis negatiue nec copulatiue nec disiunctiue exponit: sed per sua singularia aut p̄dictoria probat, p̄dicta autē cōclusio est vllis negatiue cuius aliqua singularis est falsa: vel eius p̄dictoria est simpliciter verū. i. q̄ aliqua scia demonstrata theologia certificat nos magis de diuinitate xp̄i q̄ magia et cabala: quia sola theologia tractat de xp̄o et eius mysterijs, et maxime p̄ illa que p̄tinet ad nouū testamentū, et oppositū dicere est hereticū, h̄ magia et cabala nō p̄tinet ad habitū theologie, q̄ p̄dicta p̄clusio est simplr falsa et heretica. Preterea xp̄m esse deū et facere miracula diuinitate eius attestatā est articulus fidei, et p̄ p̄tinet ad scia fidei, h̄ sacra theologia et sola illa est scia fidei: ut patet p̄ btm Aug. riiij. de trini, dicentē: Non vtiq̄ gequid sciri p̄t ab hoie in rebus h̄uanis: vbi plurimū sapuacue vanitatis et noie curiositatis est: vbi scie est tribuendū: sed illud tantūmodo quo fides saluberrima que ad verā beatitudinē ducit gignit nutrit defendit et roborat, qua scia nō pollent fideles plurimi: quibus polleant ipsa fide plurimi, aliud est enī scire tantūmodo qd homo credere debeat p̄p̄ adispicendā vitā beatā: que nō nisi eterna est, aliud autē scire quemadmodū hoc ipsum et p̄s optulet et contra impios defendatur, quā proprio appellare vocabulo scientiā videt Ap̄tus. Ex qua auctoritate patet q̄ sola theologia est scientia fidei, et per consequens magia et cabala non certificāt magis de diuinitate xp̄i q̄ theologia.

Præterea omnis certitudo sive doctorum theologorum aut est evidentie aut firme adhesionis, sed magia et cabala non certificent nec certificari possunt virtutem certitudinis evidentie: quia Christus sit verus deus et homo; aut quod eius miracula sint vera miracula; cum talis evidentia non stet cum fide, nec magia et cabala possunt certificare certitudinem firme adhesionis: quia Christus sit verus deus et homo; quia talis certitudo pertinet ad solam fidem infusam vel acquisitam, quarum quilibet est alterius generis et speciei a magia et cabala. Præterea si magia et cabala sunt scientie et non revelate; sed per humanam investigationem acquiruntur; ut defensor conclusionis dicit; sequitur quod sunt scientie facientes evidentiam de suis conclusionibus, et per consequens quilibet magus et cabalista evidenter cognoscit quod Christus sit verus deus et homo; et quod eius miracula sint vera miracula, et per consequens non est necessaria fides ad talia credenda; quod est hereticum. Si dicatur quod predicta conclusio est intelligenda de scientia non revelata; sed humanitus adinventis et acquisitis: qualis non est theologia. Unde sensus et intellectus conclusionis est: quod si aliqua scientia humanitus inventa et non revelata certificet de divinitate Christi per miracula eius; hoc maxime facit scientia quia cognoscuntur virtutes et actus agentium naturalium et eorum applicationes ad invicem et ad sua passiva naturalia, et per quam cognoscitur quid possunt agentia naturalia virtute propria; et quid non, hoc enim cognito; videntes deinde opera Christi excedere gradum et terminum illorum que possunt fieri per agentia naturalia; concludimus necessario quod fuerunt facta virtute divina, quod scire non possumus illo non cognito; nam ignoratis terminis potentie et virtutis rerum naturalium; stat nos dubitare illa eadem opera que fecit Christus posse fieri per media naturalia, cum ergo talia maxime cognoscatur illa pars cabale que est de virtutibus corporum celestium, et illa pars scientie naturalis que a pluribus catholicis vocatur magia naturalis, ideo non hereticæ sed catholice; non superstitiosæ sed verissime et scientificæ dici potest: quod magia et cabala certificent; id est adiuvant nos in cognoscenda divinitate Christi. Hæc autem defensio et declaratio conclusionis non salvat conclusionem; sed continet plures errores in fide periculosos. Primum sic patet: quia signum universale distribuit terminum communem non distributum pro quolibet suo significato, cum ergo theologia sit scientia et verissima scientia; ut ex auctoritate beati Augustini patet; sequitur quod theologia non excluditur a subiecto predictæ conclusionis; sed includitur. Secundo; quia data quod scientia revelata non continet nec intelligeret sub illa distributione; magia et cabala non certificent nec certificari possunt scientificæ, id est evidenter de divinitate Christi; ut probatum est. Tertio; quia sive doctorum; præter theologiam revelatam per scriptoribus sacri canonis necessaria est theologia per studium et exercitium librorum sacri canonis et magistrorum sententiarum et expositorum acquisita, manifestum est autem quod talis theologia acquisita magis certificet nos de divinitate Christi quam magia et cabala. Quarto; quia sive defensorem conclusionis cabala pertinet ad scientiam divinam revelatam; et non ex humana adinventis et acquisitis; fuit enim primo revelata

Moysi; et a Moysi sapientibus legis et prophetarum usque ad tempora Esdre, et per prophetas si conclusio intelligitur de scientia acquisita; sequitur quod cabala non sit scientia revelata; sed acquisita, in quo manifeste sibi contradicit. Secundum; scilicet quod predicta defensio et declaratio contineat plures errores periculosos in fide; patet inducitive. Primum quidem error est quod magus vel cabalista potest per magiam vel cabalam cognoscere scientificæ de aliquo effectu; an sit miraculum vel non. Secundus error quod magus vel cabalista potest cognoscere scientificæ; quod opera que Christus fecit excedebant gradum et terminum eorum que possunt fieri per agentia naturalia. Tertius error; quod magus et cabalista videntes opera Christi poterant concludere necessario et scientificæ; quod talia opera fuerunt facta virtute divina. Quartus error; quod magus vel cabalista videns Christum talia opera facientem poterat concludere scientificæ Christum esse verum deum. Quod autem predicti errores sequantur ex dicta defensione et declaratione; patet per id quod dicitur: quod magus et cabalista videntes opera Christi excedere gradum et terminum illorum que possunt fieri per agentia naturalia; concludunt necessario; quod fuerunt facta virtute divina, et infra concludit; quod cum talia cognoscatur pars cabale; que est de virtutibus corporum celestium; et magia naturalis; vere et scientificæ magia et cabala certificent nos de divinitate Christi. Quod autem quodlibet istorum sit; erroneum et in fide periculosum; unica generali ratione pro omnibus sic ostendo; quia certum et manifestum est sive defensorem conclusionis; quod scriba et pharisei cum quibus Christus disputabat erant veri magi et cabaliste, dicit enim in apologia de magia; quod sapientes gentis hebreorum appellabantur prophete apud hebreos vel sennedrin vel pharisei vel cabaliste, sed tales magi et cabaliste videntes Christum et opera eius; negabant Christum esse deum; et opera eius fieri in virtute dei, quinimo dicebant in nomine belzebu Christum eicere demonia, unde Christus detestando infidelitatem phariseorum et cabalistarum dicit Jo. xv. Si non venissem et locutus eis non fuisset et opera non fecissem in eis que nullus alius fecit peccatum non haberent, et loquitur de peccato infidelitatis sive Augustinus, super Joannem, ergo magus vel cabalista videns Christum et opera eius non cognoscit nec cognoscere potest scientificæ per magiam et cabalam; quod Christus sit verus deus et eius opera sint vera miracula. Confirmatur ista ratio; quia omnis argumentatio scientificæ necessitat intellectum ad assentiendum conclusioni. Si ergo magus vel cabalista videns Christum et opera eius potest concludere scientificæ; quod Christus sit deus et eius opera sint vera miracula sola virtute divina facta; sequitur eos ad talia confitenda necessitari, et per prophetas omnes magi et cabaliste qui Christum et eius opera viderunt conversi fuissent ad Christum per scientiam magie et cabale sine fide; quod est hereticum, tenendum est ergo quod Christum esse deum; et miracula fecisse veritate sue doctrine attestantia semper fuit creditum; et per nullam scientiam humanitus inventam (qualis est magia et cabala; ut defensor conclusionis fatetur) scitum aut conclusum. Et sic patet quod predicta conclusio de virtute sermonis est falsa et heretica superstitioni gentium et perfidie iudeorum consentiens.

**Quoddecima Conclusio Apologetica Joānis
Pici Mirandulani Concordie Comitis.
Miracula christi non ratione rei facte sed ratione
modi faciendi sue diuinitatis argumentum sunt cer-
tissimum.**

Determinatio magistralis.

Predicta conclusio quo ad eius primam partem non videtur nobis ve-
ra: sed cōmuni doctrine theologorum contraria. et quia posita inter
conclusiones magicas et cabalisticas habenda est etiā vt suspecta de supersti-
tione gentilitatis et dānabili perfidia iudeoz: propter duas rationes. Primo
quia magi: vt dictum est precedenti determinatione: miracula omnia et mirifi-
centiam operum que nos reducimus ad virtutem diuinam: reducunt ad cau-
sas naturales. ad quod sequitur miracula xpi non fuisse facta virtute diuina:
quod est hereticum. Secundo: quia cabaliste dicunt et asserunt vt dictum est
in rubrica de cabala: qd miracula que xps fecit nō vt deus sed vt homo fecit
per scientiam cabale vel virtute quorundam diuinorū nominū hebreoz: que
in femore scripta portabat. que omnia sunt ridicula et contra fidem catholicā
Et ergo sciatur quid veritatis contineat predicta conclusio: inuestigabimus
primū rationem miraculi: species quoq; et gradus miraculoz. Secundo reci-
tabitur opinio pboz et singulariter Auicenne de potestate et virtute faciendi
miracula. Tercio predicta opinio ostendetur falsa fm principia fidei et pbie
peripateticoz. Juxta que quarto ad rationes fundamentales predicte opi-
nionis respondebitur. Quinto ponetur sentētia fidei: qd solus deus miracula
facere potest. Sexto inquiretur qua potestate et virtute xps miracula fecit.
Ex quibus manifestum erit quid tenendum sit de predicta conclusione.

**Quid sit miraculū: et quot sunt
gradus et differentie miraculoz**

Miraculi nomen fm cōmuniter loquentes ab admiratione est sumptū
Ad admirationem autem duo cōcurrunt: vt potest accipi ex verbis
pbi in principio metaphysice. quorum vnū est: qd causa illius qd ad-
miramur sit occulta. secundum: qd in eo quod miramur appareat aliquid per
quod videat contrariū eius debere esse qd miramur: sicut aliquis posset mi-
rari si videret ferrum ascendere ad calamitam: ignorans calamite virtutem.
cum videatur qd ferrum naturali motu debeat tendere deorsum. hoc autem
contingit dupliciter. vno quidem modo fm se: alio modo quo ad nos. quo ad
nos quidem: quando causa effectus quem miramur non est occulta simplici-
ter: sed occulta huic vel illi. nec in re quam miramur est dispositio repugnās
effectui: que; miramur fm rei veritatē: sed solū fm opinionem adinirātis. et ex

hoc contingit qd id quod est vni mirū vel admirabile: nō est mirū vel admira-
bile alteri: sicut sciens virtutem calamite per doctrinam vel experimentū non
miratur predictū effectū: ignorans aut miratur. fm se aut aliquid est mirū vel
admirabile: cuius causa simpliciter est occulta et quādo in re est cōtraria dis-
positio fm naturā effectui: qd apparet. Ex quo sequit qd miraculi nomen du-
pliciter accipit. Vno qdēz mō gñaliter p oī effectū insolito hñte cām occultā
vel simpliciter vel quo ad nos. et hoc mō nō solū deus: s; ars et natura et sub-
stantie sepe tā bone q̄ male miracula facere p̄t: vt p; de mirificentia opoz
art; magice: que virtute demonū vel nature a mago adiute fieri dicunt. Alio
mō accipit miraculū pprie: pro effectū insolito hñte simpliciter cām occultā
et hoc sonat pprie miraculi nomen: d. s. sit de se admiratiōe plenū: nō quo ad
huic vel illū tm: s; simpliciter quo ad oēs. causa aut simpliciter occulta oī ho-
mini et a sensibus nris remotissima est diuina virtus: que in rebus omnibus se
cretissime opatur. Et illa que sola virtute diuina fiunt in rebus illis in qbus
est naturalis ordo ad p̄trariū effectū vel ad contrariū modū faciendi: dicuntur
pprie miracula. ea vō que vel etiā natura facit alicui nrm occulta: vel etiaz
que deus facit nec aliter nata sunt fieri nisi a deo: miracula pprie dici nō p̄t
sed solū mira vel mirabilia. propter quod in diffinitione miraculi quam ponit
Aug. in libro de vtilitate credendi dicens: qd miraculū est arduū aliquid et in-
solitū supra facultates nature et spem admirantis apparens. ponit aliquid qd
excedit nature ordinem: in hoc qd dicit: supra facultatē nature: cui ex pte rei
mirabilis respōdet qd dicit: arduū. ponit etiā aliquid qd excedit nram cogni-
tionem in hoc qd dicit: p̄ter spem admirantis apparens. cui ex parte rei mi-
rabilis respondet qd dicit insolitū. Ex quo ptz qd accipiēdo hoc mō miraculū
nihil pōt dici miraculū ex p̄paratiōe ad potentiā diuinā: quia quodcūq; factū
diuine potentie p̄paratū est minimū: fm illud Ysa. xl. Ecce gentes quasi stilla
simile et quasi momentū stature reputate sunt. Sed dicit aliqd miraculū p cō-
paratiōem ad facultatē nature quā excedit. et ideo fm qd magis excedit facul-
tatem nature: fm hoc maius miraculū dicit. Excedit aut aliqd facultatem na-
ture tripliciter: vt dicit sc̄tus Tho. parte. i. q. Cv. Vno mō q̄tum ad substan-
tiā facti: sicut qd duo corpa sint simul: vel qd sol retrocedat aut stet: aut qd cor-
pus humanū glorificet: et qd mare diuisus transeūtibz iter p̄bebeat. que nullo
mō natura facere pōt. et ista tenent summū gradū in miraculis: inter que etiaz
ordo attendit: nā quanto maiora sunt illa que deus opatur: et quāto sunt ma-
gis remota a facultate nature: tanto miraculū maius est. sicut maius est mira-
culū qd sol retrocedat vel stet: q̄ qd mare diuidatur. Secūdo modo aliquid
excedit facultatē nature: non q̄tum ad id qd fit: s; q̄tum ad id in quo fit. sicut
resuscitatio mortuoz: et illuminatio cecoz et similia. pōt enim natura causare
vitā hñ nō in mortuo: pōt prestare visum hñ non ceco. et hec tenent secundū lo-
cū in miraculis: inter q̄ etiā gradus attendit: fm qd id qd fit magis est a facul-
tate nre remotū. Tercio mō excedit aliqd facultatē nature q̄tum ad modū et
ordinem faciendi: sicut cū aliquis subito p virtutem diuinā a se hñe curat abiq;

curatioe et consueto processu nature in talibus, et cum statim mare diuina virtute in pluuias densatur absque naturalibus causis: sicut factum est ad preces Samuelem et Helie. Et huiusmodi miracula tenent infimum locum in miraculis que habent etiam diuersos gradus: secundum quod diuersimode excedunt facultatem nature. Preter autem istos tres gradus et differentias miraculorum ab antiquis doctoribus positas ponunt theologi moderni quattuor gradus et species miraculorum a causis secundis iussu et imperio dei proueniunt. Quod sic declarat ab eis: dicunt enim quod aliqua causa potest habere triplicem causalitatem seu triplicem modum cau- sandi effectus suos. Primus est secundum naturam propriam specificam et individua- lem, et hoc modo quaelibet res occurrit ad operationes sibi proprias: sic enim terra collocata in centro mundi et tendit ad ipsum quoniam est extrinsecus, et sic de alijs rebus naturalibus, unde Augustinus in libro de trinitate scribit: quod sic deus condidit res ut proprios motus agere sinat. Secundus modus agendi est secundum naturam vlem et communiem: hoc est secundum vlem in distinctis rebus omnibus et speciebus et indiuiduis indistinctis: quo quaelibet res appetit de eorum vniuersi et boni totius, et hoc modo si daretur vacuum: grauias tenderent naturaliter sursum et leuia deorsum ad illud replendum et impediendum. Tercius modus agendi est secundum iussum et imperium supremi agentis: cui tota latitudo secundorum agentium ad nutum obedit respectu cuiuscumque effectus quem producere velit, et hoc modo sol stetit tempore Iosue ex precepto et voluntate diuina Iosue, et c. quia certum et manifestum est: quod Iosue non habebat ex se auctorem nec virtutem faciendi sistere solem: sed per modum meriti impetrauit preceptum a deo quo precipere sol: quod staret, ad quam stationem non habebat sol inclinationem naturalem: sed obedientialem tantum. Hoc idem dicendum est de suspensione actiuitatis ignis in camino ubi erant positi tres pueri, et sub isto tercio modo cau- sandi aliquem effectum continent omnia miracula proprio modo sumpta: quorum quattuor sunt species et differentie secundum istam opinionem. Prima species est: quoniam aliqua causa producit aliquem effectum supra eius causalitatem naturalem et virtutem proprie nature, et hoc vel quantum ad spiritum ascendendo vel quantum ad gradum vel quantum ad medium vel quantum ad tempus vel locum vel quantitatem. Exemplum quantum ad spiritum: ut si species inferior produceret effectum superioris speciei: huiusmodi effectus esset miraculose productus, nam huiusmodi causa inferioris speciei producendo effectum superioris speciei ageret supra causalitatem sibi propriam et naturalem a principio inditam: quia ex calitate a principio sibi indita talis causa non potest producere effectum superioris speciei, absolute tamen potest ad hoc supra suam naturam eleuari: et tunc miraculose talis causa operaretur. Exemplum quantum ad gradum: ut si caliditas ut dno produceret caliditatem ut centum: quantum ad spiritum non esset miraculum: quia caliditas secundum naturam suam specificam est caliditatis productiua sed quantum ad gradum esset miraculum: quia eius prima et naturalis inclinatio non est nisi ad producendum caliditatem ut duo. Exemplum de medio: ut si aliqua causa que secundum communiem cursum operatur aliquem effectum ad certam distantiam: si ageret illum vel similem in specie ad duplam distantiam: tunc ageret miraculose. Unde sit ita quod spera actiuitas alicuius cause terminetur ad A. punctum: si illa causa agat ultra A. diceretur agere miraculose respectu medij. Exemplum de tempore: ut si aliqua causa sit

nata producere aliquem effectum in vna hora: et velociter motus non aucta eius actiuitate: tunc illa causa ageret illum effectum miraculose quantum ad tempus. Exemplum de loco: quod multipliciter potest contingere, vel quia vna res potest esse in diuersis locis: cum vna res vnicum sibi determinat, vel quia in eodem loco preter suam naturalem modum quem naturaliter requireret stat: ut patet in sacramento altaris ubi totum integrum corpus christi in quolibet puncto hostie continetur, et hoc est miraculum. Exemplum de quantitate: nam quaelibet res determinat sibi certam quantitatem et habet certos terminos sue quantitatis: ut dicitur, quod de anima, vnde si ultra habeat quantitatem maiorem vel minorem: miraculum est. Secunda species miraculorum est quoniam aliqua causa producit aliquem effectum sub sua naturali causalitate descendendo: vel quantum ad spiritum vel quantum ad gradum vel quantum ad medium vel quantum ad tempus vel locum vel quantitatem. Exemplum quantum ad spiritum: ut si homo produceret lapidem: esset miraculum: quia infra suam naturalem causalitatem ageret. Exemplum quantum ad gradum: ut si caliditas ut decem applicata passo summe disposito remotis impedimentis omnibus preter voluntatem diuinam non produceret nisi caliditatem ut duo: esset miraculum, et ita de medio et de alijs omnibus discurrendo per singula est dicendum. Tercia species miraculorum est: quoniam effectus aliquis producit a causa secundum quam non consuevit produci secundum communiem et solitum cursum nature: ut si deus se solo causaret ignem, quoniam enim a natura fit producibilis ignis: quia tamen non producit a suis causis a quibus consuevit produci: huiusmodi effectus vocaretur miraculosus in ordine ad causas a quibus naturaliter consuevit produci: et sine quibus etiam non produceret secundum communiem et solitum naturae cursum. Ex quo patet quod deus producendo animam intellectiuam non agit miraculose sed si produceret se solo animam asini ageret miraculose. Primum patet: quia anima intellectiua non est nata produci a causis secundis: sed a solo deo, et ideo non est eius productio miraculosa: sed excedat totius nature facultatem. Consimiliter dicendum est de gratia fide et spe et de alijs donis supernaturalibus: que quoniam sunt dona supernaturalia: non tamen miraculosa: ex eo quod non dependent vel habent ordinem productionis ad causas secundas: propter quod non sunt ultra cursum naturalem. Secundum patet: quia deus producendo se solo animam asini ageret ultra cursum nature institutum: quia produceret effectum se solo: producibilem a causis secundis: imo remoueret ordinem institutum: quia asinus secundum ordinem communiem non producit nisi secundum dispositionem materie et virtutem seminis cause secundarum: que secundum institutum nature communiem consueverunt concurrere ad asini productionem. Quarta species miraculorum est: quoniam, scilicet, effectus non producit a causis sufficientibus secundum communiem nature cursum remotis impedimentis omnibus preter voluntatem diuinam: sicut fuit in camino ignis ubi fuerunt positi tres pueri, passum enim ibidem erat applicatum sufficienter: et ignis etiam erat agens sufficiens secundum communiem nature cursum ad comburendum: et tamen non combussit nec lesit eos, quod miraculosum fuit. Et secundum quod dictum est de effectu miraculoso respectu cause agentium ex imperio et iussu diuino: ita dicendum est respectu passiuarum causarum, et ad istas quattuor species miraculorum reducitur secundum predictam opinionem omnia mundi miracula: vel ad aliquam ipsarum. Quod si queratur: quomodo causis

secunde possunt agere vel pati ex precepto diuino predictos effectus miraculosos: cum tales cause non sunt capaces precepti diuini. sola enim creatura rationalis est capax talis precepti. Rursus fm predicta opinionem: qd tale preceptum diuinum nihil aliud est formaliter: qm voluntatem diuinam velle aliquam rem secundam nouiter agere vel pati aliquem effectum: cuius dicta causa non est actiua nec passiva fm propria naturam specificam et potentiam naturalem: sed obedientiam tantum. et hoc modo accipiendo preceptum diuinum: omnis natura creata tam intellectualis qm non intellectualis est capax precepti diuini. Sunt vero alij doctores theologici q aliter distinguunt spiritus et drinitas miraculorum qm supradicti: scilicet in idem videant redire: quia quedam miracula dicunt fieri supra naturam: quedam contra naturam et quedam preter naturam. Illa miracula dicunt fieri supra naturam: quia deus facit aliquem effectum quem natura nullo modo facere potest. Quod quidem contingit dupliciter. vel quia ipsa forma inducta adeo omnino a natura induci non potest: sicut forma glorie quam inducet deus in corporibus electorum: et incarnatio verbi. vel quia etiam talem formam possit in aliqua natura inducere: non tamen in ista. sicut ad causandum vitam natura potens est: sed quod in mortuo natura vitam causet: hoc facere non potest. Illa vero miracula dicunt fieri contra naturam: quia in natura remanet contraria dispositio ad effectum quem deus facit. sicut quia seruauit pueros illesos in camino: remanente natura oburendi in igne. et quia aqua iordanis stetit remanente grauitate in ea. et sicut est quod virgo peperit. Illa vero miracula dicunt fieri preter naturam: quia deus producit effectum quem natura producere potest: illo tamen modo quo natura producere non potest. vel quia defunt infra quibus natura operatur: sicut cum spiritus conuertit aquam in vinum Jo. ii. quod tamen natura aliquo modo facere potest: dum aqua in nutrimentum vitis assumpta: suo tempore in succum vine per digesta. producit. vel quia est in diuino opere maiorum multitudo qm natura facere consueuerit: sicut per de ranis que sunt producte in egipto. vel quantum ad tempora: sicut cum statim ad inuocationem alicuius sancti aliquis curat: quem natura non statim sed successive et in alio tempore non in isto curare posset. et sic accidit in miraculo de socru Petri: ut legitur in actibus apostolorum. Patet igitur quid sit miraculum: et quot sunt species et drinitas miraculorum fm antiquos et modernos theologos.

Opinio philosophorum Arabum: et singulariter Auicenne: quod miracula que contingunt in rebus sunt virtute nature.

Omnis autem virtus atque potestas faciendi miracula fm philosophos Arabes ad causas secundas per se primo et immediate reducitur: cuius opinionis defensor precipuus Auicenna est in libro quarto sexti naturalium. dicit enim quod anime humane dupliciter sunt nature: quedam sunt elate et nobiles: quedam demerse et ociose. Elate vero et nobiles sunt grandium et mirabilium operationum effectrices nedum in corpore proprio: factis alterationibus et transmutationibus: verum etiam alieno absque medio. De tali igitur anima nobili dicit Auicenna: quod multotiens operatur in corpore alieno sicut in proprio. quemadmodum est opus oculi fascinatis

et estimationis operantis: imo cum anima fuerit potens et nobilis sicut principis que vestiunt materiam formis: obediunt ei materia que est in mundo: et patitur ex ea: et inuenitur in materia quicquid formabitur in illa. quod fit propter hoc quod anima humana non est impressa in materia sua: sed est prouidens ei. et propter hunc modum colligatio potest ipsa permutare materiam corporalem: ab eo quod expectabat natura eius. et tunc non est mirum: si anima nobilis et fortissima transcedat operationem suam in corpore proprio ut cum non fuerit demersa in affectum illius corporis vehementer: et preter hoc fuerit nature preuolentis et constantis in habitu suo sanet infirmos et debilitet prauos: et contingat priuari naturas et permutari sibi elementa: ita ut quod non est ignis fiat ei ignis: et quod non est terra fiat ei terra. et pro voluntate eius contingat pluuia et fertilitas: sicut contingit ad orbitum a terra et mortalitas. et hoc totum prouenit fm necessitatem intelligibilem. omnino enim possibile est ut commutetur eius velle omne id quod pendet ex permutatione materie in contraria. nam materia obediunt ei naturaliter: et fit ex ea fm quod videtur eius voluntati. materia etenim omnino est obediens anime: et multo amplius obedit anime qm spiritibus agentibus in se. et hec est etiam vna de proprietatibus virtutum prophetalium. Et quod dictum est de virtute et potentia anime particularis: hoc idem est intelligendum de anima communi que fm Auicennam est intelligentia mouens celum. unde dicit: Si autem fuerit hoc in anima communi que est celi et mundi: possibile est tunc ut eius operatio sit ad naturam totius. si vero fuerit in anima particulari: qualis est anima humana: poterit operari in natura particulari per modum supradictum. altera vero anima demersa et ociosa est passionibus corporis subiecta et paucarum operationum et minimarum operatiua: propter eius imperfectiorem. unde indiget instrumentis et medijs: quibus materiam tam intrinsecam qm extrinsecam transmutare possit. et hoc est quod dicit Auicenna vbi supra sub his verbis: Forma que est in anima principium est eius quod contingit in materia: sicut forma sanitatis que est in anima medici: principium est sanitatis que accidit in egro curando. et preter hoc forma stanni in anima carpentarii. sed hec non adducunt ad id quod prouenit ex illis nisi per instrumenta et media: que non egent homini instrumentis nisi propter debilitatem et propter ociositatem. Ex quibus inferunt Auicenniste. iij. conclusiones. Prima est: quod ad hoc quod anima humana vel in suo corpore vel alieno per solam imaginationem vel intelligibile apprehensionem sine medijs possit operari tria requirunt. Primum quod sit anima elata et nobilis: hoc est multum sepata et elevata supra naturam corporis. Secundum quod non sit demersa in affectum corporis: hoc est quod non sit vicinis carnalibus irretita: sed similis effecta suis principijs: puta intelligentijs: quas Auicenna posuit naturas causas. Tercium quod sit nature preuolentis constantisq; in habitu suo: hoc est quod sit fortis atque vehemens in imaginatione vel cogitatione forme imagine vel concepte quecumque sit illa. talis inquam anima vi sue apprehensionis sanabit infirmos: debilitabit prauos: naturas deprauabit: et miracula faciet fm Auicennam sine quibuscunq; intermedijs corporalibus actionibus: sed solo contactu virtutis. et hinc sequitur quod aliquid potest calefieri et infrigidari: nullo formaliter calido vel frigido ad hoc concurrente sed per solam spiritum imaginatam vel conceptam virtualiter calidam vel frigidam.

Secunda conclusio: q materia inferioris mundi est tali anime elate et nobili obedientior: q contrarijs agentibus. Cuius ratio est: quia materia mundi inferioris obedientior debet esse naturaliter causis et principijs magis nobilibus: q minus nobilibus: alio modo vniversi esset peruersus et male dispositus. sed anima elata et nobilis siue sit anima particularis humana: siue celsis. s. celi: sunt cause nobiliores et virtuosiores ad agendum q agentia contraria. et tales anime per sola uehementem apprehensionem possunt transmutare materia huius mundi inferioris. Confirmat ista ratio: quia cum anima nobilis producat sub dominio iouis vel saturni vel alterius motoris ipso existente fortunatissimo: erunt duo formaliter et ex natura rei in tali anima consideranda. Primum: quod est anima: et hoc esse habet cum alijs animabus. Alterum: quod facta est imago motoris besperie celestis saturni. s. vel iouis et hac ratione induit virtutem illius motoris: cuius imago facta est: a quo etiam resultationem quandam lucis virtutisq sequitur: ut possit non modo iunctum sibi corpus mouere: verumetiam totum quod subiacet bespere: quaz mouet motor ille cuius imago facta est. et ex hac parte potest anima naturam inferiorem a suo cursu atq ordine per nutu suo si velit transmutare et impedire. Ex quo patet quod rationabile et probabile videtur materia mundi cui dicitur intelligentia iouis vel cuiuscumq alterius besperie esse huic anime et sue imaginationi vel apprehensioni obedientem: sicut intelligentie iouis. cum enim imago vel similitudo iouis vel eius intelligentie secundum eius imperium materia mundi disposita exterioriter realiter imitet: et nouis formis hanc induat et vestiatur: necesse est hanc animam secundum eius imperium exteriorem materia posse transmutare realiter per sola imaginationem aut perceptionem forme imagine vel precepte. Tercia conclusio: anima demersa et ociosa non potest transmutare corpus proprium nec alienum per sola imaginationem et tumorem formam et uehementem sine corporali transmutatione intermedia. Patet ista conclusio: quia talis anima non est sibi effecta suis principijs. et per se non obediens sibi materia immediate ad sola apprehensionem: sicut anime nobili et elevate. requiritur ergo ultra apprehensionem actio aliqua realis et corporalis intermedia: ut patet ex dictis Auicenne. Quarta conclusio: anima elata et nobilis potest transmutare corpus proprium et alienum transmutatione. s. locali et formali per sola estimationem formam et constantem sine quocumq medio corporali. Ista conclusio probatur ratione et experientia. Ratio sic: quia non minores virtutes vel potentie virtualiter transmutandi corpora possunt celi et intelligentie imprimere in anima: q in lapidibus et gemis preciosis. s. impressa est virtus virtualiter transmutandi corpus alienum lapidibus et gemis preciosis siue instrumentis realibus intermedijs: ut iacincto sanandi et conservandi sanitatem: et expellendi egritudinem cordis dum exteriorius applicatur: ut Auicenna testatur. hoc idem de smaragdo exteriorius obiecto oculis serpentis quos liquefacit: ut Serapio in. c. de smaragdo dicit. Cum igitur iacinctus et smaragdus non operentur per instrumentum reale intermedium: sed solum per contactum virtutis non videtur irrationabile quod anima elata et nobilis excellentior existens illud facere possit. Hoc idem probatur experientia. Prima tangit ab Auicenna ubi supra. de trabe que est in media via: super quam potest homo ambulare. sed si posita fuerit veluti pons

super aquam profundam: non audebit ambulare super eam: eo quod imaginatur in anima vel animo eius formam cadendi uehementem impressam: cui obedit materia eius et virtus mentis: et non obedit eius tractio. s. ad erigendum et ambulandum. Secunda experientia quam ponit Auicenna: quia sepe videmus egrotantes conalescere: cum se pualescere fortiter ac uehementer imaginantur. et sanos egrotare cum se egrotare putant. quod propterea contingit: quia forma sanitatis vel egritudinis fortificat ac roborat in anima. et corpus anime cedens atq obediens sanitati vel infirmitatem suscipit. et hanc operationem dicit Auicenna efficacior: ea esse que a medicis fit medicinis mediantibus et reliquis instrumentis sue artis. Tercia experientia ponit ab Auicenna. vi. naturalis. c. vii. De mirabilibus inquit anima lium est: quod gallina quando videt gallinam in pugna erigit: quasi si esset gallus: et elevat suam caudam sicut gallus. et aliquid etiam nascitur illi cornu in crure: sicut gallus. et ex hoc percipi potest obedientia materie: quoniam propter suam cogitationem in pugna nascitur galline cornu in crure sicut gallus. Eandem sententiam tenet Aristoteles. iiij. de his que sunt animalium. c. vlti. Galline inquit dum vicerint masculos cohibent et crure cornuant. et tunc decentius erigunt se et caudam: et calcantur parua supercrescent. Quarta experientia est: si quis frequenter imagine et cogitet de veneris: erigitur virile membrum: ita ut quicquid semen expellat. et sic virtus naturalis motina ventositatis et spiritus et expulsiva seminis obedit cogitationi. Quinta experientia est: quod puer genitus frequenter simulatur ei quem viderunt coeques: aut de quo imaginati efficaciter fuerit: aut super quo cadit uehementis imaginatio mulieris tunc perceptionis. quod non esset nisi materia generationis embryonis esset obedientior imaginationi q virtutibus naturalibus transmutationibus materia. per quod Jacob ponens virgas diuersorum colorum in canalibus ubi effundebatur aqua: factum est ut in ipso calore coactis oues intrerent virgas et parerent masculosa et varia et diuerso colore respersa: ut scribit Gen. xxx. c. Sexta experientia est de boie vidente alium ossitare facta imaginatione de fumosis supfluitatibus que ex ossitatione ducunt: mouetur spiritus et virtus naturalis ad expellendum has supfluitates fumosas. et ossitat homo: ut scribit vii. problematum. i. et ii. problematum. Pueri etiam haurientes vasa ex vase per canulam ex imaginatione micture frequenter mingere cogunt. et imaginantes aquam multam: prouocantur ad mingendum. vii. problematum. iij. problemate. Et multa cogitantes de sanguine aut res rubeas: incurrunt fluxum sanguinis varium. videntes etiam alios comedentes acridinem incurrunt stuporem dentium. hoc autem non accideret nisi virtutes naturales essent aliquo modo obediens imaginationi siue estimationi. unde patientes itericia iuuantur per asperitatem in rebus citrinis. illud enim mouet naturaliter ad expellendum materia citrinam totam ad cutem: et sic adiunatur adiutorio curationis in ea. Ad hanc igitur animam nobilem velut causam naturalem et sufficientem reducant Auicenniste miracula operum que per artem magicam vel per imagines astronomicas vel per verba incantationis fiunt. Et finaliter dicat: quod mirabilia et miracula que commendantur in sacris litteris per virtutem anime nobilis et constantis naturaliter facta fuerint

et nullo modo supernaturaliter; ut lex prophetarum firmiter credit.

**Improbatio opinionis Avicenne
quo ad singula dicta ipsius.**

Predicta tamen Avicenne opinio ridicula et superstitiosa apud philosophos indicat, fuit enim deceptus fictionibus secte machumeti: et eorum qui fascinoes et incantationes defendunt, propter quod ostendendum est supra dictam opinionem esse falsam in singulis dictis suis. Et primo quod ad distinctiones fundamentales quam premitit de diversitate animarum: quod quedam sunt nobiles et elate; quedam demerse et ociose; quia talis diversitas et distinctio animarum necesse est quod sit essentialis et specifica; aut accidentalis et materialis. Primum dari non potest: quia tunc individua humane nature distinguerentur specificiter: iuxta distinctionem specificam animarum suarum: quod est falsum et contra experientiam, videmus enim quod omnes homines concitantur in accidentibus et operationibus totam spiritum consequentibus, hoc etiam habet rationes spiritus specialissime secundum dialecticos, et per animas animarum distincta non est essentialis et specifica, nec potest dici quod sit accidentalis et materialis ex parte corporum: quia secundum Avicennam, tales anime siue sint nobiles siue ociose: non immergunt neque inheret corpori: sed omnino sunt independentes quantum ad essentialitatem et esse a corpore et corporalibus dispositionibus, et per animas animarum distinctio et diversitas non dependet a corpore. Confirmat ista ratio: quia anima intellectiva cum non educatur de potentia materie secundum Avicennam: prius naturaliter habet propriam essentialitatem et esse: quod videtur corpori humano et per animas diversitas animarum quantum ad magis nobile et minus nobile non provenit a corpore. Si dicatur quod diversitas animarum provenit ex parte agentis, hoc esse non potest quia secundum Avicennam, id est, metaphysicorum, anima intellectiva producitur ab intelligentia agente per actum intelligendi, et sic necesse est quod procedat ab eadem intelligentia vel a diversis, ab eadem non: quia ab eodem principio non potest immediate procedere diversi effectus: quia idem in quantum idem semper facit idem immediate, id est, de generatione, et in hoc principio fundat Avicenna totam imaginatorem suam de diversitate effectuum: que secundum eum non potest reduci ad causam primam immediate: sed ad causas secundas. Relinquitur ergo quod diversitas animarum procedat a diversis intelligentiis, et cum tales sint diversarum specierum secundum ipsum: quia impossibile est plura separata a materia esse solo numero differentia: sequitur quod effectus eiusdem speciei procedunt a causis differentibus specie immediate: quod est contra opinionem Avicenne. Si dicatur quod diversitas animarum secundum magis nobile et minus nobile infra eandem speciem provenit ex parte agentis supposita diversitate dispositionum existentium in materia, videtur, id est, de anima scribitur: quod actus actiuorum sunt in patiente et disposito, propter quod cum materia plus et minus disponitur: recipitur in eo forma ab eodem agente perfectior vel imperfectior, videtur in corpore minus disposito recipitur ignobilior anima: et in corpore melius disposito nobilior ab eodem agente. Et ex hac diversitate dispositionum corporalium que habet latitudinem quodammodo insensitum: provenit secundum intentionem Avicenne et Algazelis diversitas predicta animarum. Nec aliter ratio et evasio stare non potest. Et primo: quia anima

intellectiva non causatur nec producitur ab intelligentia agente: ut dicit Avicenna: sed a solo deo creatur: ut infra ostendetur. Tum secundo: quia si ex parte dispositionum esset inequalitas animarum: non minus imo magis esset ex parte dispositionum existentium in materia cum forma: quod ex parte dispositionum perfectiorum introductionem forme: quia ille corrumpuntur in adventu forme secundum eandem opinionem: sicut eorum subiectum, manifestum est aliter quod ex parte dispositionum ceterarum tantum formam in materia non potest argui inequalitas animarum: alioquin cum in tota materia supposito per alio et alio tempore sint dispositiones inequales: sequeretur quod alio et alio tempore eadem anima esset nobilior et ignobilior: elata et ociosa: quod est absurdum. Et ex parte dispositionum non potest argui talis inequalitas animarum. Poteretur a dispositiones materie non redundat in formam que non educitur de potentia materie nisi forte quantum ad operationes in quibus indiget materia seu corpore, si anima humana ponitur esse talis forma que non dependet quantum ad esse a corpore secundum Avicennam, nec educitur de potentia materie quous dependet a corpore quantum ad aliquid quas operationes sensitivas et vegetativas et quantum ad intellectivas: putat utique corpore ut obiecto, sed ex diversitate dispositionum materie vel corporis non arguitur diversitas animarum quantum ad essentialitatem et esse: sed quantum ad predictas operationes, et hoc magis anima que habet corpus magis aptum et dispositum ad operationes exequendas est nobilior et perfectior, videtur fantasia existit eodem modo disposita in diversis dispositione innata et dispositione acquisita per exercitium et doctrinam: et perit eodem modo obiecto: non est probabile quod unus melius intelligat illud obiectum quam alius, et quod dictum est de operatione perit intellectiva: hoc idem dicendum est de operationibus perit vegetative et sensitive, sed aliter diversitas operationum non arguit aliquam diversitatem in essentialitate anime nec in eius potentia: ut vna dicatur nobilis et elata: altera demerse et ociosa: ut Avicenna falso imaginatur. Secundo predicta opinio Avicenne est falsa in hoc quod dicit animam eodem modo mundi: quam intelligentiam agentem et datricem formarum nominat: per suum imperium immediate transmutare materiam generabilem et corruptibilem ad formam substantialem materialis quam immateriales: quia secundum magnum suum Aristotelis: forme materiales non impediuntur in materiam ab aliqua substantia separata: sed reducuntur in actum de potentia materie per actionem forme in materia existens, videtur, id est, metaphysicorum, probatur quod id quod sit proprium est proprium: non forma vel materia, proprium enim est quod proprie habet esse, omne autem agens agit sicut, videtur oportet quod id quod est faciens res naturales actu existere per generationem sit proprium non forma sine materia: hoc est substantia separata. Alia probatio ponitur in, videtur, physicorum: quia cum idem semper natum sit idem facere, id est, de generatione, quod autem generatur vel corrumpitur vel alteratur aut augetur vel diminuitur non semper eodem modo se habet: oportet quod id quod est generans et movens secundum quod habet non sit semper eodem modo se habet: sed aliter et aliter, hoc autem non potest esse in substantia separata quia omnis talis substantia est immobilis secundum Avicennam, omne enim quod movetur corpus est: ut in, videtur, physicorum, probatur, videtur id quod est immediata causa reducens formam de potentia in actum per generationem et alterationem est corpus aliter et aliter se habet: secundum quod accedit et recedit per motum localem, et inde est quod substantia separata suo imperio in corpore causat immediate motum localem: et eo mediante causat alios motus: quibus mobilis accipit

aliquā formā, et hoc rōnabiliter accidit: nā motus localis est primus et perfectissimus motus; utpote qui nō variat rem quā ad rei intrinseca; sed solum quā ad exteriorē locū, et ideo per primū motū suū, scilicet localē corporalis natura a spiritali mouet, secundum hoc ergo corporalis creatura obedit imperio spiritali secundum naturales ordinē ad motū localē; nō autē ad alicuius forme malis receptiōem. Ex quo patet quod si materia corporalis nō obedit substantiē spiritali quā ad receptiōes forme materialis educibilis de potentia materie; nec obediēt quā ad receptiōem aīe intellectiue; ut Auicenna falso imaginat. Vñ Cōsiliator deridēs Auicennā dicit, Ci. dicit: Auicenna ordinem rollens agens fere frustrat particulare principalis dearticulatiū, inuā etiam deprauias Aristotelis; cū idem secundum eundem sit disponens materiā; et formā suscipiās ex eadē; ut apparuit ex eo bō enim boiem generat et sol. ij. p. vii. Neque etiā illius valet motiū; quā et si prima remaneat eadem realiter cā; rōibus tñ ydealibus quibusdā ponit nō incōueniens ipsam mō aliquo pmutari; ea tñ pmutatiōem nō suscipiēt; sed effectu sicut tradit cū p. his tractates que dei. Notandū quod cū dicit quod materia corporalis nō obediēt sube spiritali ad receptiōes forme subalis; intelligendū est de suba spiritali creata; cuius virtus et essentia est limitata secundum determinatū genus; non de suba spiritali increata; cuius virtus est infinita non limitata ad aliqū genus secundum regulā alicuius generis, et ideo tali sube quelibet creatura obedit ad nutū. Tercio p̄dicta opinio Auicenne est falsa in hoc quod dicit aīam nobilē et eleuatā per solā imaginatiōem et fortem estimatiōem vel intelligibilē apprehensiōem sine quocūq; medio corporali trāsmutare corpus propriū et alienū trāsmutatiōe locali et formali; quia maioris virtutis et efficacioris sunt intelligentie mouentes orbes celestes; quā aīa hūana quācumq; nobilis et eleuata, materia etiam mundi inferioris obediētiōis est intelligentiōis; quā aīe hūane, osium est autē quod intelligentie separe citra primā nō p̄sit materiā mundi inferioris realiter imutare, et maxime trāsmutatiōe formali; nisi mediāte actiōe corporea, non enim imprimūt in h̄ inferiora nisi motu et lumine mediāte; et nō sola sua intellectuōe vel affectiōe, aīa igitur hūana per solā imaginatiōem vel affectiōem hec facere nō poterit. Ad hoc facit articulus dānatus Parisius; quod dicere angelū sola voluntate mouere; error. Confirmat ista rō; quia sicut agens realiter trāsmutans ceteris paribus est propinquius passo sue actiōis receptiū; ita fortius illud trāsmutat, h̄ aīa et imaginatio quelibet est proximior et viciniōr corpi proprio quā corpi alieno, materia preterea obediētiōis debet esse impressioni proprie forme, quod quacūq; trāsmutatiōe et eiusdē rōis trāsmutabit aīa per solā imaginatiōem corpus alienū; trāsmutabit imediatius corpus propriū; quod est p̄positiōes Auicenne et experiētiā. Sc̄do arguit sic; quia aīa trāsmutat corpus alienū per solā imaginatiōem vel trāsmutat ipsum cū resistētia vel sine resistētia, Si secundū; subito ageret oēm formā vel dispositiōem quā deberet producere; quod apparet impossibile, et p̄na colligit. iij. p. vii. p̄mento. vii. Si deī primū; tūc sicut esset limitata gradualiter velocitate; ita esset limitata distantia; qua corp⁹ extrinsecū possit imutare, quod nō ponit positio Auicenne, vult enī quod aīa nobilis

et eleuata potest per solā imaginatiōem in quācumq; distantia agere. Preterea data opinione Auicenne sequitur quod in eodem subiecto adequato possent simul recipi forme contrarie, ponat enim quod pro eodem tpe due aīe nobiles et eleuate eque efficaciter imaginentur vel appetant duo contraria inesse eidem subiecto puta caliditate et frigiditate, et patet secundum positōes Auicenne quod idem subiectū simul fiat calidū et frigidū sanū et egrū; quod est incōueniens. Preterea egrotet Petrus egritudine mortali; et cadant super eo due imaginatiōes duarū animarū nobilium; vna salutis et vite; altera mortis, et sequitur secundum predictam opiniōem quod Petrus simul viuet et morietur, et per idē potest deduci; quod si essent due aīe equaliter eleuate; et equaliter imaginarentur; vna camelū cadere; altera camelū non cadere; quod camelus caderet et nō caderet; quod est p̄dictio, si enim caderet; imaginatio casus esset efficacior; quod est p̄positū, si nō caderet; tūc imaginatio nō cadendi esset efficacior; quod est p̄tra positū. Item data positioe auicenne; sequitur quod sine cibo possit homo viuere; et per totū decursum suarū etatū nāliter decurrere; absq; h̄ quod aliqui comederent aut biberent; quia qua ratiōe potest imaginatio boīs nutriendi nō terrā in terrā puertere secundum Auicennā; si sit aīa nobilis et eleuata; eadem rōne potest nō nutrimentū vel elemēta in cibū et sanguinē et partes membrorū puertere, et per p̄na nutrirī et augeri poterit; absq; hoc quod sumat cibū ab extra. Et ex eadē radice sequitur; quod aīa nobilis et elata possit boiem perpetuare; quia obediētiōis est humidū radicale imaginatiōi aīe eleuate; quod calido naturali ipsum resoluenti, ergo si feratur ad oppositū imaginatio vel affectio caloris in humidū; non aget calor in humidū radicale, et per p̄na non resoluet ipsum. Item data opinione Auicenne; ipse non illuminasset miraculose cecos; nec claudos erexisset; nec aquā in vinū cōuertisset; nec mortuos suscitasset, hec enim oīa per potentia naturalem aīe nobilis cum imaginatiōe fixa fieri p̄nt, et per eandem formam imaginatiōem possit virgo sine p̄cursu maris impregnari; et sic b̄ta virgo sine p̄cursu maris nāliter p̄cepisset sine miraculo; quod est p̄tra fidem et experiētiā, p̄na probat; quia partem menstrui ad matricem virginis descendentem potest aīa nobilis et eleuata per fortē imaginatiōem et affectiōem in fetū et p̄licū sperma puertere, quo in esse posito; fiet p̄gnas virgo sine p̄cursu maris; quod est p̄ experiētiā et fidei. Et hāc opiniōem videt tenere defensor p̄dicte p̄clusionis in quadā p̄clusionē quā ponit sub hac forma; Possibile est h̄dō; ex putrefactiōe ḡnari, quod nō potest autē intelligi quod per imaginatiōem aīe nobilis et eleuate; aut per intelligibilē apprehensiōem sube separe; quā Auicenna intelligentiā agentē et datrix formarū appellat. Preterea data opinione Auicenne; sequitur quod quia rōne sine p̄cursu calidi et frigidi potest aīa nobilis et eleuata per solā imaginatiōem calidi et frigidi cāre caliditate et frigiditate; possit sine p̄cursu lucis et coloris p̄ducē sp̄s lucis et coloris in organo vīsus, et sp̄m soni in organo audit⁹, et sic de alijs sp̄ibus sensibilibus exteriorū, et sic p̄tingeret fieri visio nem vī auditiōem sine obiecto visibili aut audibili, et ex h̄ sequitur vltim⁹ quod nulli euidēt est notū; an id quod videt sit color vel color; vñ, et per idē possit cec⁹ et cec⁹ rēs oculis apprehēdere colorē, et h̄ oīa patēt; quia imaginatio secundum p̄dictas opiniōes

potest causare omnia supradicta sine obiectis exterioribus, quod ab omnibus recte philosophantibus reputat absurdum, propter quod Cosiliator et plures medicorum reputant predictam opinionem Avicenne falsam et superstitiosam.

Solutio ad rationes et experientias pro Avicenne opinione superius inductas.

Primis argumentis et experientias pro Avicenne opinione inducta solvamus est notandum: quod non quilibet apprehensio vel imaginatio anime quumcumque fortis potest esse causa transmutacionis realis corporis: sed illa tantum quae coniungit cum passione appetitus sensitivi: quae certum et manifestum est quod apprehendentes et imaginantes calorem aut frigus vel quodcumque aliud obiectum: non alterant in corpore de per se: immo solum tales apprehensiones et imaginaciones: ut dicit Aristoteles in libro de anima nos habemus: ut respicientes in picturis: quae non movent ad fugam vel persecuciones, sola sunt imaginatio ad quam sequitur passio gaudij vel tristitiae vel aliqd huiusmodi alterat realiter corpus. Cuius causa et ratio est: quia huiusmodi passiones accidunt cum aliquo determinato motu cordis: ut statim patebit, ex quo sequitur ulterius imutatio totius corporis vel solum motum localem vel solum aliquam alterationem. Cui sensui et experientia pro quod in timore et gaudio spiritus moventur intus vel est diversis motibus solum diversitate motus appetitus sensitivi. Sed etiam patet in operationibus estimativae virtutis, ubi opinantes vehementer aliquod pueniens vel discoueniens: alterant et fortificant in eis spiritus et debilitant, ex quibus accidit alteratio ad caliditatem vel frigiditatem humiditatem vel siccitatem, et hoc est quod dicit Aristoteles in libro de ca. motu animalium sub his verbis: Spiritus inquit et fantasie alterant nos: quia habent res virtutem, ubi sicut res exteriores habent virtutem alterandi corpus nostrum: ita et spiritus apprehensivi et imaginatiui pueniunt, et passiones: ut dictum est, et ideo post illud verbum subdit philosophus: Aliquod enim motus spiritus intellectus calidi aut frigidi delectabilis aut tristabilis talis existit: qualis quidem res vnaquodque scilicet in alterando corpus, vult enim his verbis philosophus: quod spiritus apprehensivi calidi caliditas sit: quemadmodum et res a qua suscepta est, et spiritus frigidi sicut sit frigida, et spiritus apprehensivi rei quae voluptatem vel dolorem ingerit: nam spiritus apprehensivi res tales virtute sunt: quales et res a quibus suscipiuntur: cum omnis effectus virtutem sine causa aliquo modo retineat, meditatio igitur calidarum res causa calefactio est, et etiam si res absint, et meditatio frigidarum causa est refrigerationis, sunt autem calida vel frigida virtute omnia que movent appetitum sine ad prosecutionem sine ad fugam, propter quod omnes passionis anime sunt cum calore vel frigiditate, non enim sine frigiditate timor est: neque audacia sine calore. Quod qualiter fiat est sciendum: quod ad meditationem cuiuscumque rei appetende vel fugiende sequitur motus appetitivus: quem passionem dicimus, ad talem vero motum appetitus sequitur alteratio cordis ad caliditatem vel frigiditatem, alterationem denique ipsam quumcumque partem sequitur alteratio magna in partibus exterioribus: nam si fiat alteratio circa cor et frigiditatem revocatur calor et spiritus ab exterioribus ad interiora: remanentes partes exteriores frigide: et pallescunt ac tremunt

interdum vehementer. Si vero fiat alteratio cordis ad calorem: emittitur calor ac spiritus ad exteriora: et fit in corpore rubor et membra etiam roborantur, et hoc est quod dicit Aristoteles ubi supra, alteratis quidem partibus quedam sunt maiores: quedam vero minores: nam si alteratio ad caliditatem fuerit: partes quidem extenduntur et maiores sunt: quasi per quandam rarefactionem et dilationem spirituum. Si vero alteratio fuerit ad frigiditatem: sunt partes minores quasi per quandam spirituum condensationem et retractionem, quod in eis partibus maxime patet quae generationi deserviunt. His itaque praemissis facile iam est ad rationes Avicenne respondere: quibus opinionem suam probare conatur. Nam quod primum inducit quod anime duplicis sunt nature: Dicendum quod omnes anime humane sunt eiusdem nature: nec vna est nobilior altera quantum ad essentiam vel esse: ut probatum est: sed quantum ad operari, quod puenit ex varijs et diversis dispositioibus naturaliter acquisitis vel innatis, potest etiam huiusmodi diversitas operationum provenire ex diversitate donorum gratuitorum et supernaturalium: ex quibus puenit quod aliqua anime habent altiores et nobiliores operationes quam alie, et hoc modo anima christi est nobilior ceteris sicut quod sibi datus fuit spiritus non ad mensuram ut ceteris animalibus, de talibus autem perfectioibus gratuitis non loquitur Avicenna: quia tales nec novit nec credidit. Et ex his patet falsitas omnium eorum que de anima nobili Avicenna scribit, dicimus enim quod talis anima nobilis nec habet potentiam faciendi miracula nec apprehendi nec transmutandi materiam ad nutum, et hoc considerata tali anima in sua natura, et perfectioibus naturalibus. Ex quibus patet falsitas prime conclusionis Avicenne: quia dato quod aliqua anima sit elevata super naturam corporum: et victis carnalibus non sit irretita: quod potest fieri per morales virtutes: sitque fortis et vehemens in imaginacione sua: adhuc non potest omnibus istis positio: si aliud non ponatur: per solam imaginacionem transmutare materiam immediate transmutacione formali seu locali, nec sola spiritus calidi vel frigidi imaginata potest causare calorem vel frigiditatem: nisi coniungatur passio appetitus sensitivi: que non potest esse sine transmutacione corporali: ut probatum est. Nec secunda conclusio Avicenne continet veritatem: in qua dicitur quod materia inferioris mundi est obediencior anime nobili quam spiritus agentibus: quia actio naturalis et physica non potest fieri sine contrarietate et resistencia: qualis est omnis actio transmutativa materie ad formam subalem vel motum localem. Et ad probationem cum dicitur quod materia inferioris mundi obediencior debet esse naturaliter causis et principijs magis nobilibus quam minus nobilibus, Dicendum quod non quodlibet fit ex quodlibet nec quodlibet agit in quodlibet: sed determinatum in determinatum et modo determinato et ideo licet naturalis potentia anime vel angeli vel demonis sit maior et nobilior quam naturalis potentia corporis vel agentis per contrarietatem: non tamen est ad hoc quod immediate formam in materiam inducat: sed mediante corpore, ubi hoc facit nobilior quam corpus: quia primum movens principalius est in agendo applicando activa passivis: quam secundum. Et ad confirmationem cum dicitur quod cum anima producat sub domino iouis vel saturni hoc quod sit imago iouis vel saturni, et ut sic potest transmutare totam materiam ioui subiectam. Dicendum quod falsus et hereticus est dicens: quod anima intellectiva producat sicut se sub domino iouis vel saturni: nisi quantum ad dispositioes materiae vel corporis in suscipiendis, falsum etiam et hereticum est dicere quod anima intellectiva quantum ad substantiam producat a iove vel saturno

vt probatū est, et dato fm Auicennā q̄ aīa humana esset producta a ioue vel saturno; ad huc nō sequit̄ q̄ tali aīe vt est imago ionis vel saturni ad nutū obediat materia inferioris mundi imēdiate: quia probatū est fm Aristo, q̄ forme separate non p̄t imprimere imēdiate aliquā formā subalem in mām nisi appli cādo actiua passiua, et p̄ p̄ns aīa bñana vt imago ionis vel saturni non p̄t p̄ solā imaginatiōem vel p̄ceptiōez trāsmutare mām ad formā subalem sine motu aliquo locali. Et quo patet falsitas quarte p̄clusiōis Auicēne in qua dicit̄ q̄ aīa nobilis p̄t trāsmutare corpus propriū et alienū trāsmutatiōe locali et formali sine quocūq; medio et contactu corpali p̄ solā imaginatiōem et p̄tactū virtualē. Et ad rōem p̄clusiōis cū dicit̄ q̄ sicut entia imp̄fecta vt iacinctus et smaragdus et his sīda; hñt virtutē virtualit̄ agēdi et trāsmutādi corpus remotū et distans sine instrumētis realibus intermedijs; sic aīa tanq̄ nobilior exīis p̄ solā imaginatiōem hoc facere p̄t. Dicendū q̄ aīa vnitur corpori humano vt forma et motor fm q̄ scribitur, q̄. de aīa, et ideo naturali ordine suo imperio mouet corpus localiter: nā vis eius appetitiua est imperans motū; et corpus obedit ad nutū aīe ad motū, q̄ et etiā est p̄ virtutes motiuas que sunt organia affixe et fluit ab aīa in corpus ab ipsa formatū, alie vō alteratiōes vt calefactiōis infrigidatiōis et similia; sequunt̄ ab aīa mediāte motu locali, ex ipsa enim imaginatiōe sequit̄ passio per quā aliquo mō variat̄ motus cordis et spiritūū. Et q̄bus vel retract̄ ad cor; vel diffusis in mēbra; sequit̄ aliq̄ alteratiō in corpore; que etiā p̄t eē infirmitatis vel sanitas; cā; p̄cipue si sit materia disposita Sic igitur patet q̄ si aīa p̄ solā imaginatiōem non potest causare in corpore proprio quod est sibi propinquius aliquā alteratiōem sine motu locali p̄cedente sequit̄ per argumentū a minori ad maius: q̄ non poterit in corpore alieno et distanti consimilem vel alterius rōnis causare alteratiōem sine motu locali in termedio, nec hoc prouenit ex imperfectione aīe; sed ex modo suo agēdi. Et si obijciatur; vt Consiliator et ceteri medici obijciūt; q̄ species calidi imaginata vel cōcepta est virtualiter calida; vt dicit Aristoteles in libro de motu animalium, et per cōsequens erit productiua caloris formalis in subiectum receptiuū et dispositū. Preterea nos videmus q̄ qualitates spūales bñites esse intentionale sunt p̄ se cā imēdiata alteratiōis realis; vt p̄ de illuminatiōe ad quā sequit̄ calefactio in subiecto disposito, hoc idem de spūibus sensibiliū exteriorū ad quaz receptiōem in medio et organo sequit̄ alteratiō corruptiua organoz plurimi etiā influxus celestes q̄ sunt spūales et intentionales ex se calefaciūt et infrigidant, nō videt̄ q̄ preter rōem q̄ spēs imaginata vel p̄cepta causet imēdiate aliquā formā realē in corp⁹ supra q̄ cadit imaginatiō, nec est opus vt dicit̄ q̄ talis aīa agat prius in pp̄inquū q̄ in distās; q̄a videmus multa agētia per virtutes occultas et imānifestas agere in distans; sine hoc q̄ agant in propinquū; vt patet de virtute magnetis trahentis ferrum; que nō trahit nec alterat mediū, iacinctus etiā collo appensus confortat cor imprimēdo cordi qualitatem confortatiuā; quā nō imprimit in partibus intermedijs, et sic de smaragdo licet faciendo oculos serpentis; vel calefaciendo vel infrigidando

aliquod distans sine liqnefactōe et alteratione mediū propinquioris, sol etiam calefacit et alterat ista inferiora; et tñ nō calefacit nec alterat fm calorem corpora celestia intermedia, multa alia exempla adducuntur a medicis pro opinione Auicenne; sed hec sufficiant, istis enim solutis patet r̄sio ad similia Respondeo igitur et dico; q̄ nulla forma quocūq; perfecta imaginata vel cōcepta potest esse causa imēdiate productiua alicuius forme absolute in materia; vt dictum est, vnde forme rerum naturalium in mente angelica existentes; quibus sint magis actuales et perfecte q̄ forme que sunt in materia, et propter hoc sunt imēdiatum principium perfectioris operationis que est intelligere; operationis tamen que est actio materiam trāsmutans; non sunt imēdiatum principium; sed mediante voluntate; et voluntas mediante virtute; et virtus imēdiate mouet ad motum localem; que mediante motu locali corporum est causa inductiōis forme in materia; applicando scilicet actiua passiua, forme etiam que sunt in intellectu humano non sunt actiue rerum artificialium nisi mediante voluntate et virtute motiua et organia naturalibus et instrumētis artificialibus. Hoc idem dicendum est de forma imaginata; q̄ ipsa non est principium imēdiatum trāsmutationis materie ad aliquam formam nisi mediante aliquo motu locali, et per hunc modum concedimus q̄ species imaginata vel cōcepta calidi vel frigidi est calida vel frigida virtualiter, et per cōsequens caloris vel frigiditatis causatiua; vt sepius dictum est. Notandū q̄ Auicenna et Aristoteles magis similes p̄ueniūt quidem in hoc; q̄ oēm motū aīalem referunt in apprehensiōem aīe velut in cām primā; quia forma imaginata vel p̄cepta mouet ip̄m appetitū p̄ modū appetibilis; q̄ est primū principū in tali motu; vt scribit̄, iij, de aīa, differūt tñ in duobus, Primum est; q̄ Auicenna refert tales alterationes et trāsmutationes in apprehensionem propter virtutem atq; potentiā aīe apprehendentis quaz ponit separatam esse et potentem suo nutu imutare materiā corpalem sine medio, Aristoteles aut̄ refert tales trāsmutatiōes in formā apprehensam; que cū sit similitudo et effectus rei retinet virtutē eius, aliquo enim mō vt inquit spēs intellecta calidi ad calorem incitat; atq; ad frigus spēs intellecta frigidi. Q̄o signo p̄bat dicit̄; p̄pter q̄ timent ac tremūt intelligentes solū, hoc est dictu; sepe enim videmus eos qui formidolosum aliqd cogitāt; si vehemētes in sua cogitatiōe fuerint; etiā si rem ip̄am nō videāt; nihilominus timent frigescūt pallecūt et horrorem patiuntur atq; tremorē, q̄ in illis sepiissime apparet; q̄ ultimo supplicio p̄demnati sunt, prius enim q̄ ad locum supplicij deducantur; sola imaginatiōe rerum vehementi pleriq; moriuntur vel premortui esse videntur, hoc enim refert Aristoteles in speciem rei formidabilis imaginatam vel conceptam; que cum talis aliquo modo sit qualis et ipsa res; eundem quasi effectum habet, Est etiam hoc manifestum in his motibus; qui a puritu carnis et desiderio venereoz oriuntur, constat enim q̄ sola meditatione rei venereae absente obiecto alterantur vehementer cor et membra deinde pudoris intumescunt et totum deniq; corpus incalescit; et nōnunq; mens ipsa furij agitari consuevit, Alterum

In quo differunt predicti pbi est: q Aristoteles quous ipem intellecta dicat vir-
tute talem qualis est et ipsa res a qua suscipitur. et per pns cosimiles effectus
efficere; non tamen absqz corporali medio; vt dicit Auicenna; imo huc motus
animalem similem esse asserit motui curru. In quo sicut est aliqd mouens no
motu; et aliquid motu et non mouens. et inter bec intercedunt multa et mota et
mouentia: sic in motu animalis res appetenda vel fugienda mouet; quous no
sit mota vel simpliciter vel saltem non eo motu. exteriores vero partes ani-
malis mouentur et ultra nihil mouent. inter bec autem extrema sunt multa
mouentia simul et mota; que seinuicem in motu consequuntur; nam sunt pri-
mu fantasia siue imaginatio et intellectus: que a rebus mota mouent appeti-
tum. ad motum autem appetitus sequitur alteratio et motus cordis. ad alte-
rationem vero motus cordis etiam si sit parua atqz remissa alteratio magna;
quoniam vel extendant vel retrahuntur spiritus. ad quam deniqz extensioem
vel retractioem sequit calefactio vel infrigidatio partiu; et alteratio in calore
et roboze. ad qua postremo alteratoez casus dolor et lassitudo quedam et multa
alia accidentia consequuntur. et hinc prouenit q egrotantes cu se pualescere
fortit ac uehemeter imaginant; pualescunt. et sani cu se egrotare putat; infirmat-
tur. spes naqz apprehensa sanitatis vel egritudinis; que talis qdem aliquo mo
est; quales sunt et ipse res; du fortiter ac uehementer sub imaginatioe vertit
appetitum impellit ad sanitatem cupiendam et timendam egritudinem. motu aut appe-
titus cordis alteratio comitat; que si ad calorem fuerit; in toto corpe calorem ex-
citatur. calor aut ipse; vt dicit in vii. metaphy. vel sanitas est vel sanitatis ps. vel
si neutru sit saltu calorem ipm sequit sanitas aut quedam sanitas ps. pp qd
metator dicit in. iij. de celo et mundo; q cor alterat membrum ad sanitatem; et me-
bra ipm infirmu est alterabile. Si vo cordis alteratio ad frigiditatem fuerit in
toto corpe frig? expandit; pstringit deinde cor; et sps ad interiora renocant.
ex q sequit dispositio ad egritudinem qua imaginatio pcedebat. Et quo pz q
dato et xello q sps imagiata vel pcepta sit talis virtualit quale est obiectu
formalit; no sequit vt dicit Cöciliator et Jacobus; q sit ca p se et imediate ali-
cuius forme malis sine motu locali intermedio. Ad aliud argumentu de qua-
litatibus intentionalibus dicendū; q ab eode agente corporali et mali a quo pro-
ducunt tales qualitates spuales et intentionales; causant qualitates reales et
males; penes qs attendit alteratio saluatiua vel corruptiua. vñ sol et corpa
celestia motu suo causant lumē; quo mediante causant calorem et alias formas
males in bec inferiora. Et quo pz q tales alterationes reales et males no cau-
santur de per se a predictis qualitatibus intentionalibus; vt predicta rō pre-
debat; sed tm de per accidens. Ad aliud argumentum de agente per conta-
ctum virtutis; quod agit in distantis et non in propinquu. dicendum; q nullum
agens finitu et limitatu qmuncunqz perfectum pot agere in extremu p mediu;
nisi prius agat in mediu; et hoc vel effectum eiusdem rationis vel alterius. vi-
demus eniz q sol alterat ista inferiora ad caliditatem; qua no pot imprimere in
orbis intermedios; quia sunt inalterabiles tali alteratione. tamen alterationem

quandam facit in eis alterius rationis; videlicet illuminationem. et hoc ideo est; qa me-
diu et extremu sunt diuersarum rationum; in recipiendo tales alterationes. Item piscis
quidam retentus in reti mediante reti stupefacit manus piscatoris et facit eas
tremere; sicut dicit Cömentator. vii. physi. et tamen constat q piscis non stu-
pefacit rete. B est qa rete et manus piscatoris no sunt eiusdem nature; aliqua tm
alterationem facit piscis in rete. Hoc idem dicendū est de adamante iacincto
et sinaragdo et de omnibus his similibus; q aliquam qualitatem causant in ex-
tremu quam non causant in medium; sed aliam alterius rationis occultam et
innominatam. Unde p regula generali vniuersaliter tenendū est; q quocunqz
aliqua ca est pluriu effectuu productiua; quoz vnus est altero posterior et de-
pendens; no repugnat effectuu posteriori puenire ad extremu et no ad mediu.
et hoc ideo; qa mediu pot esse susceptiuu prioris effectus et no posterioris; vel
quia mediu fortius resistit q extremu. Expli gra; sol est calefactiuus et illumi-
natiuus; cuius calefactio dependet ab illuminatione. et ideo pot illuminando
calefacere extremu; quous no calefaciat quodlibet intermediu. media enim re-
gionem aeris que sufficienter est disposita p diaphaneitatem illuminat et no cale-
facit pp multa frigiditatem. Ex quibus oibus patz solutio ad oes experientias
que adducunt p opinione Auicenne. Ad primam de casu illius qui ponit sup
trabem in alto loco positam; dicendū q talis casus non puenit ex sola apprehen-
sione vel imaginatioe casus. h quia forma ipsa cadendi q imaginatioe impressa
est virtutem retinens rei a qua suscipitur; inclinatur ad casum. sicut forma calidi
vel frigidi apprehensa calorem vel frigiditatem excitat et inclinatur ad casum ti-
morem ingerit. ad timorem aut alterat cor ad frigiditatem et retrahit calor spi-
ritus ab exterioribus ad interiora; frigescent; deinde partes extreme corporis
atqz pallefcunt; et sequitur tremor et instabilitas tibiarum; ad quaz de necessitate
sequitur casus. Ad alias vo experientias dicendū est; q tales effectus no se-
quuntur in corpore imaginatis ex sola imaginatioe; sed ex motu locali spirituu
et dispositione que est in materia partiu ad tales transmutationes et alteraciones
suscipiendas. Dicit enim Thomas de Sarbo medicus in questione de accitibus
aie; q no solu ex imaginatioe causante appetitum cupiscibilem causat realis
transmutatio in nro corpe; vt calor vel frigus et silla pp motu sps cordis vita-
lis intus vel extra; h etia sepe et sepius accidit alteratio in corpe nro multifa-
rie ex imaginatioe pp motu factu in spu nali et hioribus et humiditatibus alijs
sicut euenit in multis accitibus aie; que vocantur animi affectioes; in quibus aia
uehementem imaginem afficit ad aliqd appetibile; ex q affectioe no solu sps vi-
talis; h nalis et aialis et alie hmiditates exites in corpe mouent; corpus nrm
multu alterates. sicut accidit q ad imaginatioez alicuius pulchre mulieris ge-
nitale membru statim erigit et uehementem calefit. sillet ex imaginatioe alicuius
de sanitate sanas ho. in punctione etia masculi cu femella cu uehementem imagi-
natio cadit sup formam et figuram alicui; accidit q fetus illi similet. et oportet ad
hoc q tales effectus sequantur; sit etia dispositio et aptitudo in ma. et pp B non
oportet q ex aspectu comedendi acerrima; percipiamus in dentibus semper
p. iij.

acredinem vel stuporem; sed cum est dispositio propinqua in dentibus alicuius ex humiditate aliqua vel quantitate alia causa ad id incurrendum, ex aspectu similiter rerum rubeaz non semper causat fluxus sanguinis naris; sed cum homo est dispositus in suo sanguine ad illud defacili incurrendum, et omnia sunt causant per motum factum in spiritu quicunque sit ille spiritus; qui mouet localiter et alterat per iam dictos modos, et talis spiritus aliqui est vitalis et aliqui naturalis; et aliqui est uterque; qui aliqui mouet vapores in ventositates; aliqui humores et humiditates. Si quis autem non poneret spiritum naturalem distinctum a vitali; haberet ponere predictas transmutationes fieri ex alteratione facta in spiritu a corde procedente secundum diuersas et varias imaginaciones causantes diuersos appetitus et affectiones anime in quibus accidit diuersimode spiritum alterari et moueri, hec Thomas de Garbo. Hoc idem sentire videt Jacobus de Forlino in eadem, q. dicens; quod si tempore perceptio fiat fortis imaginatio determinati corporis vel figure; et fuerit in materia generatio fortis preparatio ad tales figuram vel colorem; hec fortis imaginatio mouet naturaliter spiritum et humores humorem impressio receptiuos ad locum perceptio; et permiscet eos et temperat secundum exigentiam talis figure vel coloris, quare producit fetus taliter colorat vel figuratus ad quod inuadit multum naturalis obediencia et subordinatio virium naturalium ad virtutes anime motiuam, et secundum hoc potest reddi causa stigmatum apparentium in natis per vehementem affectionem mulieris pregnantis, non sunt autem hec stigmata in membris parentum; quia non sunt ita facile passibilia, nec hoc magis mirabile videri debet; quam ex forti imaginacione acredinis esse acredinem in dentibus imaginatis, vnde videntes comedere rem acrem ex imaginacione vehementi mouet natura; et natura mouet spiritum et humorem salinalem ad os; et permiscet et temperat secundum exigentiam acredinis inducende. Ad aliam experientiam de fascinacione dicendum; quod in fascinacione non transmutat materia naturalis ex sola vi apprehensio; ut Aulicenna posuit; sed ex eo quod per vehementem affectionem inuidie vel ire seu odii vel cuiuscumque alterius cause; ut plerumque accidit in vetulabibus; inficiunt spiritus, et hec infectio pertingit usque ad oculos; ex quibus inficit aer circumstantes; ex quo corpus alicuius infantis per teneritudinem recipit aliquam infectioem; per modum quo speculum nouum inficit ad aspectum mulieris menstruate; ut ab Aristotele scribitur in libro de somno et vigiliis. Plinius quoque, vii. naturalis historie; refert familias quasdam fuisse in apud ca et scythia, et illiria; que oculos effascinat quos inspererint, quod a mala completionem puenire potest; vel aliqua occultiore causa; ut in determinatione de magia dictum est. Sic igitur patet quod opinio Aulicenne reducens omnia mirabilia et miracula que pertingunt in rebus ad virtutem anime nobilis et eleuate non solum in se; sed quantum ad distinctioem et rationes et experientias quas adducit est falsa et in fide erronea.

Quod solus deus propria virtute et aucte miracula facere potest; creatura vero per gratiam.

Quod autem ex supra dictis sit manifestum; quod solus deus miracula facere potest non tamen est notum; si creature repugnet aliquid modo miracula facere; ut multi

philosophi asserere conantur, per quod declarande sunt probabiliter tamen et non assertiue alique conclusiones. Prima; quod loquendo proprie et stricte de miraculis; non est euidens in lumine naturali aliquid esse miraculum, id est aliquid esse a deo factum supra facultatem et cursum nature que experimur in rebus, cuius ratio est; quia non est per se notum nec ex per se notis deductum quod deus agat ad eum mere libere libertate contradicis; ut fides ponit; alii philosophi qui veritatem reze naturaliter cognoscibiliu diligenter inquisuerunt; non tenuissent prius, id est quod deus agit ad extra per modum nature et natio secundum subordinacionem cause natio requisitay ad productioem cuiuslibet effectus. Secundo; quia nature facultas et possibilitas est cuiuslibet viatori ignota quantum ad totam eius latitudinem, et per rationis de nullo effectu potest nec potestare potest euidens; qui fiat parte nature, ex quo enim potestas nature est nobis ignota quocumque effectu dato quantum ad magno; incuidens est an partes nature ad illum effectum se extendat vel non, cuius ignorancia patet ex combinacionibus infinitis; que non sunt scibiles a nobis. Primo per applicacionem agentium ad sua passia; nam sicut magnes qui applicat ferro trahit ipsum ad se et huiusmodi specialem effectum et mirabilem respectu ipsius ita forte quelibet res huiusmodi passum in quod haberet speciales effectum et mirabilem si sibi applicaretur, modo impossibile est quod quodlibet agens ad quodlibet passum applicare possimus. Et iteque sicut magnes huiusmodi respectu ferri speciale et mirabile effectum; forte respectu alterius passii si sibi applicaretur haberet adhuc specialiozem et mirabiliozem effectum, et ideo planta quia est aiata et nobiliozis perfectiois quam sit lapsa magnes; haberet nobiliozes et mirabiliozes operaciones; si sibi applicarentur passia debita, ex parte igitur applicacionis agentium naturalium ad passia est nobis impossibile cognoscere partem nature; et per rationis nullius agentis naturalis scilicet tota facultas vel possibilitas actiois. Secundo aliquid agens est productiuum alicuius effectus cum alio agente et non per se, sed impossibile est omnia agentia simul combinare; vel quodlibet cum quolibet, sed nos latent effectus qui ex combinacione agentium pueniret combinatio enim agentium facit diuersitatem in effectibus, vnde certum est quod aliquis effectus puenit ex combinacione aliquorum agentium; qui non pueniret ex aliquo illoz ut patet in posicione medicinarum et in theriaca ubi ponit venenum; quod tamen preseruat ab alio veneno per combinacionem alioz cum ipso veneno, et ideo si ponerentur omnes combinaciones omnium agentium; infinite veritates scirent que latent nos, impossibile est autem istud scire per humanum studium. Relinquitur igitur quod impossibile est euidenter cognoscere per humanam inuestigacionem naturalem facultatem et partem nature Item ex applicacione distantiarum potest infiniti effectus diuersificari; quia in aliqua distantia aliquid agens potest producere vnum effectum; que citra illam distantiam vel infra non produceret. Item secundum quantitatem tantum agentium quam passioz possent etiam infiniti effectus diuersificari, et sic infinita restat latitudo inuentiois humane circa operaciones naturales, quare patet quod nature facultas est nobis ignota, et per rationis quocumque effectu dato; non est euidens in lumine naturali; quoniam possit fieri per naturam, per quod liber ille qui intitulat de mirabilibus sacre scripture; beatus Augustino ascriptus omnia mirabilia et miracula a principio creatiois mundi et totius veteris testamenti reducitur ad causas naturales. Rabi quoque Moyles recitat opinionem aliquorum

licentia q̄ natura ab initio nō fuit ad vnicū opus instituta: imo primaria insti-
tuta fuit instituta ad plures effectus alterius rōis. ⁊ q̄sq̄ oppositos: imo ge-
neraliter ad oēs q̄ p̄t̄ p̄tingere in hoc mundo inferiori. vñ dicit q̄ ex lege in-
dita ab initio: mare potuit stare fixū in transitu filioꝝ israel de egipto ad deser-
tū: ita q̄ naturale fuit ipsi mari nō fluere: naturale etiam fuit ipsi igni treꝝ pue-
ros positos in camino ignis nō p̄burere: ⁊ sic de ceteris effectib⁹ miraculosis.
Notandū q̄ dato q̄ nō sit evidens nobis: q̄ aliq̄d opus sit miraculū. i. supra
nature facultatē. de facto tñ tenendū est fide ⁊ p̄babili rōne: q̄ multi effectus
sunt miraculosi ⁊ p̄ter facultatem cuiuslibet nature create: vt statim patebit.
propter q̄d hereticū est dicere q̄ miracula que legunt̄ fuisse facta in veteri te-
stamento: reducant̄ ad cās naturales: vt dicit Rabi Moyses: ⁊ auctor. de mi-
rabilibus sacre scripture: nisi dicat̄ illud naturaliter fieri: q̄d iussu diuino fit: ut
aliqui dicūt. ⁊ sumit̄ a b̄tō Tho. li. iij. § gentiles. c. C. dicit enī Aug⁹ q̄ deus
creator ⁊ p̄ditōꝝ oīm creaturaz: nihil p̄ naturā facit: quia id est naturale cuiq̄
rei: q̄d facit. a quo est oīs modus numerus ⁊ ordo nature. Ex ista cōclusionē
sequit̄ q̄ viator non pōt in lumine naturali euidenter discernere inter vera ⁊
falsa miracula: neq̄ inter miracula ⁊ p̄stigia. vñ si q̄d discernit inter talia: hoc
facit s̄m Athanasiosem li. iij. c. de fide p̄ grām gratif̄ data: que vocat̄ discretio
spirituū aut p̄ fidem aut aliq̄d aliud p̄ter lumen naturale. Secūda cōclusio.
Solutus deus propria auctē ⁊ virtute miracula facere pōt. hec cōclusio nō pōt
in lumine naturali demonstratiue p̄bari: vt dictum est: sed sola fide tenetur et
ratiōe probabilī magis q̄d opposita: conclusio potest ostendi. scribitur enim in
psalmo de deo: Qui facit mirabilia solus. Dēs p̄terea secte h̄sentes cognitio-
nem vnus veri dei: credūt solū deū. miracula facere. Rōne vō p̄suadet sic: q̄a
probabilius est in lumine naturali deū velle ⁊ intelligere omē aliud a se libere
q̄d necessario ⁊ naturaliter: q̄a oīa alia a se sunt entia ⁊ bona p̄ participatiōem
⁊ p̄ p̄s ordinata ad ip̄m tanq̄ finem: sine q̄bus finis esse pōt. solā ḡ bonitateꝝ
suā que est finis vltimus oīm vult ⁊ intelligit de necessitate absoluta. ⁊ p̄ p̄s
omē aliud a se vult mere libere libertate p̄tradictiōis. Item probabilius est in
lumine naturali q̄ totū vniuersum s̄m se ⁊ suas p̄tes ⁊ ordines partiū depen-
deat a deo: non solū in genere cause finalis: vt scribit̄. xij. metaphy. sed etiā in
genere cause efficiētis. vñ Aristo. loquēs de primo ente. i. deo dicit: q̄ ab ip̄o
dependet celū ⁊ tota natura. dicit etiā q̄ bonū extrinsecū vniuersū est deus. ⁊
p̄ p̄s si deus vult omē aliud a se mere libere: p̄ eandē libertatē causat res ad
extra: ⁊ instituit ordinē in rebus vniuersū libertate p̄dictiōis. ⁊ p̄ p̄s pōt op-
positū velle: ⁊ p̄ter ordinē institutū agere. Iste due p̄positiōes sunt proba-
biliores in lumine naturali q̄d eaz oppositē: q̄uis multi p̄bantes a veritate re-
cedentes oppositū sentiāt. Quibus ḡ p̄missis ostenditur cōclusio: solus ille pro-
pria virtute pōt miracula facere: qui p̄ter ordinē rebus nātibus inditū pōt
velle ⁊ agere. manifestū est aut̄ ex p̄missis: q̄ sol⁹ deus pōt hoc velle ⁊ agere
quia ab ip̄o solo tota natura ⁊ ordo nature dependet libere: vñ sicut in poli-
ticiis ille solus pōt legem imutare vel dispensare in lege qui leges p̄didit: sicut

patet de imperatore qui solus pōt legem imutare quā cōdidit: sic solus deus
q̄ leges naturalis cursus instituit: pōt p̄ter legē naturalis cursus ⁊ supra legē
⁊ p̄tra legē agere. q̄d est miracula facere: vt p̄ ex dictis. Ex ista cōclusiōe seq-
tur: q̄ nulla creatura propria virtute ⁊ auctē pōt miracula facere. q̄d quattuor
rōibus p̄bat̄. Primo q̄d sic: oīs creatura in sua actōe requirit subiectū in q̄d
agat: quia solius dei est ex nihilo aliq̄d facere. nihil aut̄ q̄d requirit in sua actōe
subiectū pōt agere nisi illa ad q̄ subiectū est in potētia: q̄a s̄ solū agens opat̄ in
subiectū: vt educat ip̄m de potētia in actū. sic ḡ nullā creatura virtute p̄p̄a
pōt aliq̄d creare: ita etiā nec agere in aliquo subiecto: nisi q̄d est in potētia il-
lius subiecti. manifestū est aut̄ q̄ multa miracula fuit in re aliqua: que nō sunt
in potentia illius rei. sicut q̄ mortuus reuiuiscat: ⁊ q̄ sol retrocedat: ⁊ q̄ duo
corpa simul sint. h̄ ḡ miracula nulla creatura propria virtute facere pōt. hoc
sentire videt̄ Aristo. in li. de ḡnitione dicens: Quoz suba deperit̄ impossibile
est eadē s̄m numerū redire. ⁊ in postpredicamentis ponēs d̄ritiam int̄ habitū
⁊ p̄uatiōem dicit: q̄ a p̄uatiōe in habitū impossibilis est regressus. Secūdo
sic: eiusdē rōis esse videt̄ q̄ aliq̄d agēs opetur ex subiecto ⁊ q̄ opet̄ id ad q̄d
est in potentia subiectū: ⁊ q̄ ordinate opetur ⁊ p̄ determinata media. nā subie-
ctū nō sit in potentia p̄p̄ina ad vltimū: nisi cū fuerit actū in media. sicut ci-
bus nō est statim potentia caro: nisi cū fuerit p̄uersus in sanguinē. oīs aut̄ cre-
atura necesse h̄ subiectū ad hoc q̄ aliq̄d faciat. nec pōt aliq̄d facere nisi ad
q̄d subiectū est in potentia: vt dictū est. ⁊ p̄ p̄s nō pōt facere aliq̄d: nisi sub-
iectū reducat in actū p̄ determinata media. miracula ḡ que fiunt ex hoc q̄
aliq̄s effectus p̄ducit̄ nō illo ordine quo vliter fieri pōt: nulla creatura virtute
propria facere pōt. Tercio sic: q̄si aliqua virtus finita p̄p̄ia effectū opatur ad
quē determinat̄ ex propria natura: nō est miraculū: h̄ possit esse mirū alicui qui
illā virtutē nō p̄prehēdit: sicut mirū videt̄ ignaris q̄ magnes trahit ferrū: vel
q̄ aliq̄s paruus piscis sit retinens nauim. oīs aut̄ creature potentia naturalis
est limitata ⁊ determinata ex sua natura ad aliquem effectū determinatū vel
ad aliquos. quicq̄ ḡ virtute cuiuscūq̄ creature fiat nō pōt dici miraculum
